

129. **129.** quod nunquam Scotus dixit divinam acceptationem, & promissionem esse reale meriti constitutum, sed tantum dixit esse meriti complementum, quia ad rationem meriti & satisfactionis pertinet obligatio iustitiae, quae non potest aliunde inter nos, & Deum, aut inter Christum, & Deum oriri, quam ex pacto, & promissione Dei; Et ibidem etiam sufficienter explicatum est a. 180. quo sensu dixerit Scotus loc. cit. valorem, & dignitatem meriti Christi esse divinam acceptationem pendere, & plane Doctor ibidem lib. 3. inquit, quod si illud meritum, nempe Christi fuisse alterius personae, nempe creaturae, tunc nec ratione illius, nec ratione operantis fuisset congrua acceptationis operis, nec ratione operantis fuisset congrua acceptationis operis, quibus verbis satis clare expressit talem valorem reperiri in operibus Christi antecedenter ad divinam acceptationem, & circumstantia divina personae operantis per humanitatem assumptam qualis reperiri nequit in satisfactione pure creaturae, quem valorem operum Christi nomine congruatis appellat, & non condignitatis, quia sicut toto illo valore, ac dignitate non cogebatur, vel adhibebatur Deus ad concedendum id, ad quod val. bar. operis Christi, quia talis obligatio in Deo non nisi per distinctam acceptationem, vel promissionem induci potest.

Ad 3. tenet Doctor potuisse parum creaturam, si Deo placuisset, satisfacere pro peccatis etiam ad aequalitatem, interveniente divina acceptatione: habituali in ipsa gratia inclusa, quae dedisset operibus eius valorem, & dignitatem antecedenter ad divinam acceptationem actualem, de qua duplici acceptatione actuali, quae respicit actum, & habituali, quae respicit ad personam, satis dictum est *disp. praeced. q. 4.* unde saltem est, quod etiam in ea hypothese valor, & condignitas satisfactionis illius sumeretur tota ad divinam acceptationem actualem, de qua hic est questio. Sed quod quid sit de hoc, an pura creatura potuisset Deo satisfacere pro peccatis etiam ad aequalitatem divina acceptatione interveniente, de quo in sequentibus, certum est non potuisse eam satisfacionem esse adeo copiosam, & excedentem qualis fuit satisfactio Christi exhibita ob circumstantiam personae satisfaciendae, ut expressit monet Doctor *cit. 3. disp. 19. q. 10. h.*

Ad 3. satisfactio potest dici rigorosa, & perfecta dupliciter, uno modo per exclusionem misericordiae, & gratiae creditoris, alio modo ratione aequalitatis praeter debitum; satisfactio Christi non fuit rigorosa, & perfecta apud Scotum in primo sensu, quia intervenit misericordia, & gratia creditoris, ut late constat *q. sequens.* bene tamen in secundo sensu supposita tamque misericordia, & gratia creditoris reddidit aequalitatem omnino ad debitum, imò & superabundans, unde ex hoc sensum sequitur opera Christi non fuisse condigna ex rigore iustitiae, non autem ex aequalitate satisfactiois ad offensam, quae tantum spectat aequalitatem valoris operis satisfactorii secundum moralem utilitatem cum offensis, unde nunquam illa proveniat, ut notat *Amicus disp. 6. art. 2. q. 2. 46.*

Ad 4. concessa majori negatur omnino minor, quia suppositum divinum in Christo gerit omnino vices suppositi proprii, & creati, atque idcirco actiones Christi, ut omnino tribuuntur supposito divino, sicut tribuuntur supposito creato, si humanitas assumpta in ipso subsisteret, unde Scotus explicando commune axioma, quod actiones sunt suppositorum, *1. disp. 12. q. 10. ad 2. prin. q. 2. disp. 12. q. 3. ad 2. prin.* quod non debeat intelligi in sensu causali, quasi subsistentia sit ratio formalis, vel fundamentum agendi, sed secundum ultimam denominationem, eodem modo loquitur de supposito proprio, & intrinsicco naturae, ac de supposito extraneo, & adventitio.

Ad ultimum, illud probat tantum ultimam partem nostrae conclusionis contra Auctores secundae sententiae, imò illud idem argumentum ad hoc ipsum probandum adducitur ab Averl. *q. 19. sect. 12.* unde dicendum, Christum satisfecisse non solum aequaliter & condigne, sed etiam superabundanter pro peccatis hominum, si attendamus ad quantitatem praeter oblatam ratione gratiae unius, ac etiam gratiae habitualis ipsam conaturaliter consequentis, dedit enim plus, quam homo debuit, ac si attendamus ad modum satisfactionis, adhuc Christi satisfactio non fuit ita aequalis, non indiguerit aliqua liberali acceptatione Dei, qui potuit eam, quantumque esset, non acceptare, nec placari erga homines; condignitas enim, & aequalitas praeter oblatam omnino diversam a puncto acceptationis, ut supra dictum est, condigni enim, & superabundantes sunt verbi gratia centum aurei pro emenda una ulna simplicis panni, & adhuc tamen indigent acceptatione, si enim Dominus panni nolit, non tenetur illum dare, etiam si centum vel mille aurei offerantur.

131. Non autem rationabiliter negari potest in satisfactione Christi hic valor, & aequalitas debito peccati aequalis antecedenter ad divinam acceptationem, & promissionem; nec unquam Scotus id negavit, qui *3. disp. 13. q. 2. dicit, in commendanda Christi malo excedere, quam deservire, alia sibi debita, si pro-*

*per ignorantiam oportet in alterum in eideret, quare merito, inquit Huradus loc. cit. omnino immerito oppositum Scoto tribui unde quaque piissimo; & quod debet rubore suffundi Christi, si qui sententiis ita factum, quia Deus acceptavit opera Christi, supplet illorum valorem, non vero quod ea essent ex se digna tanto honore; nam iuxta illorum sententiam, si Deus acceptasset sanguinem hirci quocumque hominem oblatum cum actu attritionis, diceretur exauditus cum clamore valido, & lacrymis, ut exauditus dicitur fuisse Christus; & diceretur adhuc *empri praetio magno*, sicut nunc dicimus *empri praetio sanguine Christi*; Sed quis non videt verba illa, cum lacrymis, & clamore validis, emphasis ad dignitatem praeferre, quibus tribuitur lacrymis Christi dignitas, & vis ad inperandam homini remissionem peccatorum? non enim vocat Apostolus magnum clamorem, & validum physicè, sed moraliter quoad valorem, & efficaciam; ergo exprime voluit relatis verbis ea opera ex se, & ab intrinseco fuisse condigna, & non ex sola acceptatione divina; Quis etiam non videt dici non potuisse nos *empri praetio magno*, si in nostram redemptionem acceptasset Deus ab homine pro sanguinem hirci oblatum cum actu attritionis? quia non censetur magnum praetium, si quis rem emat maximo valoris minimo, estimato tamen, ac si esset aequale, vel superabundans; tunc enim potius diceretur magna acceptatio, vel copiosa estimatio, quam copiosa emptio; & magnum praetium; & similiter nostra redemptio diceretur potius copiosa acceptatio, quam copiosa redemptio.*

132. Quare tandem obicit Valquez *disp. 5. cit. cap. 6. probans* est contra non referri acceptationem Dei ad satisfactionem Christi quatuor rationibus, quarum tres iam sunt solutae *disp. praecedens. q. 4. art. 4. n. 142.* quarta verò dicit, quia sequeretur Christum non meruisse redemptionem nec etiam quoad sufficientiam parvulis, quibus remedium baptismi post adventum ipsius applicari non potuit; siquidem Deus non promisit Christo, sed darum illis opportunitatem sufficientem, qua posset eis remedium passionis Christi applicari.

Respondetur his quoque parvulis Christum meruisse salutem quoad sufficientiam, quatenus meruit, ut institueretur remedium in se sufficientem tantum pro illis, quam pro aliis, nempe baptismi Sacramentum; quamvis non fuerit Deo acceptatum meritum Christi ad hoc, ut res applicaretur, vel proxime applicari posset tale remedium nisi parvulis sine baptismo decedentibus; ex antecedenti tamen ordinatione, ac simpliciter complacencia de omnium salute, hoc etiam parvulis includendo, tale remedium fuit institutum, & in hoc reperitur acceptio divina.

QUESTIO QUARTA.

An Christus, sicut condigno, & ab aliis pro nobis satisfecit, sic etiam ex iustitia satisfecit, & ex toto rigore iustitiae.

133. **A**ffermat Suarez *disp. 5. sec. 5.* cum magna Recentiorum cetera, & Thomistarum. Negat Valquez sententiam non minori phalange; Alii verò media quadam graduuntur via, ut consistat in resolutione questionis; Sed antequam ulterius progrediamur, ad resolvendam quorundam Thomistarum auidiam contra sententiam negativam oblatantium, & praesertim Bartholomaei Medinae *3. par. q. 2. art. 3.* dicitur Scotum in hac materia parum reverenter, & dignè loqui de Christo Domino, dum hanc excellentiam, & perfectiorem negat satisfactioni Christi, quod fuerit ex toto rigore iustitiae, advertendum cum Morando *1. tract. 1. q. 46.* & aliis etiam affirmativam sententiam tuentibus, nihil facere ad celebrantem satisfactionis, & meritum Christi. Salvatoris pro nostra salute Deo oblatorum, an fuerit ex rigorosa iustitia commutativa, an ex vindictiva, an ex legali, vel tantum ex quadam iustitia laetitia; quoniam omnes sunt questiones, quae non minuunt exemplum satisfactionis Christi, & meritum eius, cum omnes Theologi fateantur, & in hoc consentiant, quod fuerit maximum, quod sit, in ratione satisfactionis, & meriti intensivè. Quod si dicatur aliqui non fuisse ex rigorosa iustitia, hoc plane non asserunt, quasi quidquam detraxere vellet praeter satisfactionem, & meritum Christi; sed quia censent non dari inter Deum, & Christum rigorosam iustitiam. Nec SS. Patres, & veteres Scholastici, qui adeo illa exollunt, alud intendunt, nisi Christum pro nobis oblatum, nedum sufficienter ad Deum placandum, & hominibus reconciliandum, sed ad abundantiam, & adeo eximiam pro nobis exhibuisse satisfactionem, qualem praeter Deum in aliqua natura assumpta nulla potuit exhibere creatura, & purus homo, quod sane admittunt omnes Theologi etiam sententiae negativae fautores, & praesertim Scotus sepe *cit. 3. disp. 19. q. 1. ubi concedit opera Christi longe maiorem habuisse congruitatem, & condignitatem, ut a Deo acceptaretur in solutionem debiti ro-*

tius humani generis, quam opera cuiuscunque puri hominis aut alterius creaturae, quantumcumque gratia plane; etiam si ad hoc exto rigore iustitiae non satisfecit; aliud enim est Christum satisfecisse condigne, & ad aequalitatem, aliud verò satisfecisse ex toto rigore iustitiae, ut mox videbimus, proprie loquendo; & licet primum dignè, & pie Christo negari nequeat, ut videtur est, *quest. bene tamen secundum.*

134. **D**ifficultas itaque praesens non est, an satisfactio Christi tantam habeat dignitatem, & valorem, ut eo rigore aequalitatis, quae requiritur in materia iustitiae, ei correspondere debeat remissio nostrorum peccatorum, nam in hoc sensu unice dici potest, ac debet Christum satisfecisse de toto rigore iustitiae pro nostris peccatis, quia reddidit omnino equalem satisfactionem, immò excedentem debitum; Sed difficultas est, an in satisfactione solae inter homines assignari in satisfactione pro iniuria, & offensis illata; quae difficultas similis est illi, quam examinavimus *disp. praeced. quest. 5. an Deus ex iustitia teneatur retribuere mercedem gloriae pro nostris meritis, & omnino ex eius resolutione dependet quare sit ibi diximus eam questionem, quam vis adeo acriter controversam inter Recentiores, esse magna ex parte de nomine, ita idem iudicium in praesenti ferendum est de propria controversia.*

ARTICULUS PRIMUS.

Controversiae decisio.

135. **D**uas partes habet haec controversia, una est ex parte Dei, an scilicet Deus iustitiam exerceat remittendo nobis iniurias, & offensas, pro quibus Christus satisfecit; altera est ex parte Christi, an Christus actum iustitiae exercuerit satisfaciendo pro nobis, & solvendo nostra debita, & quoad utramque partem deinde est ex dictis loc. cit. Quare sicut ibi dicebamus Deum nostra remunerare merita ex verà, & propria iustitia, quatenus ea remunerando non exercet solam iustitiam communi modo dictam, quae coincidit cum sanctitate, seu virtute in communi, inclinat ad faciendam, quae recta sunt, & convenientia; nec solum iustitiam laetis sumptam, aut metaphoricè dictam, prout cum fidelitate coincidit, vel gratitudine, quae quidem virtutes in rebus iustitiae potestatis connumerantur; non tamen exercere iustitiam omnibus conditionibus instructam ad rigorosam iustitiam requirit, qualis est iustitia commutativa inter homines. Ita pariter in proposito dicendum, Deum erga Christum satisfaciendo remittendo peccata nostra, exercere veram, & propriam iustitiam, & non eam in communi, vel metaphoricè dictam, quasi Deus acceptaverit satisfactionem Christi ex sola charitate, vel gratia promissione, ut secunda sententia dicebat, non tamen iustitiam rigorosam, & omnibus conditionibus instructam, qualis exercetur inter homines, ut prima asserbat sententia; quare est iustitia quaedam secundum quid dicta, qualis esse dicitur ab Arist. 5. Ethic. cap. 1. inter Patrem, & Filium, Servum, & Dominum.

136. **E**t quidem, quod Deus remittendo nobis debita inquiri satisfactionis Christi, non exerceret solum iustitiam communitarem, vel metaphoricè dictam, ex eo patet, quia hac ratione pariter dici deberet voluisse ex iustitia incarnari, cum hoc valde conveniens, & rectum fuerit, quod est obiectum iustitiae communitarem dicitur; ac quid plus importat debuisse Deum ob praetium satisfactionis Christi ex iustitia remittere peccata, ut ex ipsis terminis constat; Nec dici potest exercuisse iustitiam solum metaphoricè dictam, prout coincidit cum fidelitate, vel gratitudine, quae gratuito includit compensationem beneficii accepti, quod in Deum non cadit, & excludit obligationem rigorosam ex promissione ortam, quae tamen promissio fuit in Deo de remittendis nobis peccatis in iustitia satisfactionis Christi; fidelitas verò constituit in adimpletione pure promissionis; unde si Deus promississet peccata remittere nulla exhibita satisfactione, adhuc ex fidelitate debuisse illa remittere; cum ergo haec promissio facta fuerit sub conditione onerosa satisfactionis exhibendae aequalis, & condignae plane intervenit plurius simplex fidelitas, & quadam peculiaris obligatio fundans iustitiam magis strictè sumptam, ut explicatum est *quest. 5. cit. num. 159 & 190.* Non tamen iustitiam rigorosam, & omnibus conditionibus instructam, qualis inter homines exercetur; iustitia enim commutativa inter homines consistit in commutatione dati, & accepti, vel in adaequatione ablati, & restituti cum translatione domini ex una ad aliam partem, quae commutatio, & translatio locum non habet inter Deum, & homines, quia non potest quidquam ex eius dominio subtrahi, nec aliquid à nobis de novo acquirere, & ad sumum dominium avocare, quia omnia semper sunt sub plenissimo eius dominio, ut late probatum est *quest. 5. cit. art. 3.*

137. **R**eittat ergo, quod remittendo nobis debita inquiri satisfactionis Christi exercere debet veram, & propriam iustitiam, ut di-

tingitur ad iustitiam communitarem, vel metaphoricè dicta, licet non rigorosam, qualis inter homines exercetur, quia nimirum Christus Deo obtulit pro nostrorum remissione peccatorum satisfactionem adeo condignam, & aequivalentem, ut Deus non mereatur gratis, nec solum ob aliquam congruitatem, sed ob ultimum, ac rigorosum praetium sibi personatum iuxta normam iustitiae debuisse nobis peccata dimittere, & in hoc sensu dixerit docuit Paulus ad Romanos, Deum erga Christum iustitiam inter veram, & propriam exercuisse iustitiam dicens, *quem propositus Deus propter iniquitatem per se ipsum in sanguine ipsius ad ostensionem iustitiae suae propter remissionem peccatorum delictorum, quae quidem iustitia, quia in quibusdam conditionibus convenit cum iustitia rigorosa inter homines confusa, ut potest in adimplenda propria obligatione, & in servanda rigorosa aequalitate ablati, & restituti per satisfactionem, in alius verò conditionibus differat, nimirum in ratione domini, & acquisitionis, sive translati onis; hac ratione dicitur debuisse iustitiam modo quodam peculiariter dicta, & suo supremo domino conveniens.* Et sicut iustitiam Dei in ordine ad meritum remuneranda diximus *quest. 5. cit. num. 190.* vocandam esse absolute retribuivam, & praemiativam ex Scoto *1. disp. 17. q. 1. KK.* ne vocaretur commutativa, ita in praesenti in ordine ad condignam Christi satisfactionem, cuius intuitu peccata nostra dimisit, rectè vocari poterit iustitia remissiva, & commutativa; & ad denominationem huius iustitiae praeter aequalitatem, & condignitatem ex parte satisfactionis Christi, requiritur etiam obligatio promissionis, & acceptationis ex parte voluntatis Dei, quoniam quantumcumque Christus operatus esset, non oblatum toto valore, ac dignitate operationum eius, non fuisset Deus debitor ex iustitia, nisi libere promississet, & acceptasset tale eam debitum ex iustitia resultat in ipso con iudicium ex aequalitate praeter oblatam, ac libera ipsius promissione, & est debitum quoddam medium inter debitum pure, & simpliciter laetis ex una parte, & debitum rigorosè iustitiae, ex alia, strictius illo, & laetius illo, ut explicui *q. 5. cit. disp. praeced. n. 159 & 190.* quod proinde dici potest debitum iustitiae secundum quid, quod tunc scire adnotavit Averl. *quest. 19. sect. 14.*

Ex alia quoque parte, ut debita servetur proportio, Christus satisfaciendo pro peccatis nostris exercere actum iustitiae erga Deum, nam per condignam satisfactionem ab ipso exhibitam acquisivisse ius, ut Deus remitteret offensam, & ex vi talis satisfactionis à Deo acceptatae, ipse non habuit amplius illud, quod antea adversus hominem habebat, adeo quod si iuxta promissionem à Deo factam nollet offensam homini remittere, sed vellet adhuc illum punire, iniustitiam committeret, & ius à Christo acquisitum laederet, et modo, quo loquatur Christus satisfecit ad iustitiam, sicut Deus ex iustitia obligatus manet post acceptatam satisfactionem ad remittendam peccatorum offensam. Sed quamvis verè, & proprie ex iustitia satisfecit, & actus satisfactorii eius ex ratione, qua satisfactorii erant, procederent saltem imperativè à virtute aliqua iustitiae, quatenus debent ad rempensationem, & satisfactionem iniuriam Deo illatam, quod incidere, & procurare est proprium virtutis iustitiae proprie, & specialiter acceptae; & quamvis condignam reddidit satisfactionem iniuriae aequalitatem adhaec tamen ex rigorosa iustitia non satisfecit, sicut apud homines contingit, quia aequalitas, quam iustitia rigorosa constituit inter creditorem, & debitorem, confligit simpliciter ex ipsa natura dati, & accepti, & nullo modo fundatur in gratia, & liberalitate creditoris, ut explicui *disp. praeced. n. 172 & 185.* cuius oppositum contingit in satisfactione Christi, ut infra videbimus.

Itaque ut summam totam hanc questionem resolvamus, & appareat qualis, & quanta fuerit satisfactio Christi, distinguenda est satisfactio, sicut *disp. praeced. distinximus de merito, quod diximus esse triplex; unum de congruo, & est illud, quod non est aequale praetio in valore, & dignitate, illique tribuitur praetium magna ex parte ex bonitate, & liberalitate retribuendae; aliud verò est meritum de condigno, quod est aequale, ac proportionatum praetio, & accedente promissione, & acceptatione retribuendae pertinet ad iustitiam, nam obligatio ex iustitia proprie dicta, ut distinguatur à fidelitate, & gratitudine oritur ex promissione sub conditione onerosa operis, qualis, ut condignitatem promissam ex dictis *disp. praeced. n. 159.* Tertium tandem dicitur meritum de rigore iustitiae, quod non solum est aequale, & proportionatum cum praetio, sed ultra hoc est ex propriis bonis meritis, & ex aliis indebitis cum aliis conditionibus ad rigorosam iustitiam requisitis. Pariter ergo in proposito de satisfactione philosophandum est, ac distinguendum, quod duplex est satisfactio alia perfecta, & alia imperfecta; prima est, per quam condigne, & adaequatè compensatur iniuria, vel ablatum restituitur, ut si debens mille, solvat mille, altera verò, quae non est de se adaequa-*

ra, & condigna debito, sed insufficientis, & minor illo, accepta-
 ra tamen a creditore, ut sufficiens; ut si debens mille, solvat
 centum, utique creditor sit contentus, ut dictum est supra n. 109.
 Hanc autem perfectam satisfactionem adhuc subdividenda est, alia
 enim est, quae ex eo solam perfectam dicitur, quia servat condi-
 tionem illam, quod reddatur per illam aequivalens, & condignum
 debito, sed hanc aequalitatem non confurgat simpliciter ex natura
 dati, & accepti, ut ad rigorosam iustitiam exigitur, sed magna
 ex parte fundetur in gratia, & liberalitate creditoris; ut si
 creditor donavit alius Petro centum, & Petrus possit
 restituere illi centum solvat debitum cum eodem creditore, quod
 importat centum, tunc enim utique reddidit quantum debet, non
 tamen ex propriis, sed ex alienis iam sibi a creditore donatis. Alia
 vero est, quae ultra hanc condignitatem, & aequalitatem servat
 alias condiciones, quae communiter assignari solent ad satisfac-
 tionem rigorosam, quod nempe fiat ex propriis, id est, non ex
 bonis alienis, neque a creditore acceptis, & ex aliis indebitis,
 & hanc vocant satisfactionem de toto rigore iustitiae. Itaque satis-
 factio Christi fuit perfecta quidem, quia per eam reddidit est
 aequivalens, imò & excedens debitum, sed quia haec aequalitas,
 & excellus fundabatur in gratia, & liberalitate creditoris, id est
 dei, necquid perfectam secundo modo, & de toto rigore iustitiae
 sed tantum primo modo: Et plane haec sola animadvertit suffice-
 ret ad decidendam hanc quaestionem, quae magna ex parte est de
 nomine, ut tamen res adhuc magis pateat, duas ex indicata do-
 ctina statuemus assertiones, contra duas sententias extremas af-
 firmantem, & negantem ab initio relatas, ut inde confurgat ter-
 tia sententia media, quae est Scoti, & Scotistarum 3. disp. 19. c.
 20. c. 4. disp. 15. q. 1.

340 Dicendum Primum, satisfactionem Christi fuisse actum ve-
 re, ac propria iustitiae, prout haec distinguitur a iustitia com-
 munitate, ac metaphorice dicta. Haec prima conclusio statuitur
 contra sententiam negativam, & est Scoti 4. dist. 14. q. 1.
 ubi specialiter, & poenitentiam ad speciem iustitiae re-
 vocat, ut est specialis quaedam virtus a ceteris conditincta.
 Probat, quia satisfactio Christi fuit vera, & propria satisfac-
 tio ad aequalitatem, ut probatum est: at propria, & aequalitas
 satisfactio est per quam constituitur aequalitas inter debitum, &
 solutionem, & haec aequalitas est proprium obiectum iustitiae,
 ergo &c.

Confirmatur, quia Christus satisfecit Patri ex motivo refaci-
 endi illi iniuriam amirrogatam, ergo satisfecit per actum proprie
 iustitiae; consequentia probatur, quia cum actus ille sit bonus,
 honestus, ac dignus, debet esse actus alicuius virtutis specia-
 lis, & non alterius quam iustitiae, quia nulli virtuti potest con-
 venire hoc, quod est, scilicet iniuriam alteri illam, nisi solam
 iustitiam, & patet in humanis, ubi tale motivum non pertinet,
 nisi ad speciem iustitiae virtutem. Demum satis contentum est
 admittere in Christo peculiarem iustitiae virtutem, quae inten-
 deret Deo satisfacere, siquidem obiectum quoddam bonum, &
 laudabile erat satisfaciendum ex bene Deo offenso ad refaciend-
 um iniuriam illi illatam: & erat vera virtus hoc intendere, &
 procurare, & formam habebat iustitiae, veluti per modum restitu-
 tionis, & redintegrationis.

341 Responderetur Carualibus de Lugo disp. 3. sect. 9. Christum non
 satisfecisse ex virtute iustitiae, & pro debito iustitiae, quia in
 universum non remanet in homine debitum iustitiae ad satisfac-
 iendum Deo pro peccatis commissis, quod ait se probasse
 sect. 3. Verum admittendum esse in homine post peccatum com-
 miffum peculiarem obligationem inde resultantem ad satisfac-
 iendum Deo pro offensa, & iniuria illata, iam ostensum est
 supra quae 1. Cum enim haec obligatio non sit vaga, quasi
 spectans ad eandem virtutem, contra quas homo peccavit, con-
 stituitur debet peculiariter ad hoc, ut reficiatur, & compenset effen-
 dam, & iniuriam Deo illatam, atque ideo non nisi in specie qua-
 dam virtutis, quae habeat rationem iustitiae erga Deum, & hoc
 quidem in peccatoribus dicitur poenitentia, & de causa ratio-
 nabiliter Scotus loc. cit. 4. dist. 14. quae 2. satisfaciendum,
 & poenitentiam ad speciem iustitiae revocat: quae autem ad op-
 portum probandum induxit Lugo sect. 3. iam solvimus q. 2. hu-
 jus disp. art. 2. n. 104.

342 Deinde probatur conclusio discutendo per speciales virtutes,
 ad quas intuntur Adversarii satisfactionem Christi reduci-
 cere: non enim fuit actus obedientiae, ut aliqui dixerunt, quia
 obediencia inclinat ad elicendum actum, ut a Superiore pre-
 ceptum, satisfactio autem de sua ratione formali a tali prece-
 pto prescindit, & solam communitatem pro peccato respicit.
 Nec enim commode ad actum Religionis reduci potest,
 quia religio respicit, tanquam finem proprium, ac formale mo-
 tivum, cultum Deo debitum, non autem refaciendi iniuriam
 Deo illatam, & quando homo Deo satisfacit pro peccatis
 habens hoc motivum refaciendi iniuriam Dei, non operatur
 ex motivo religionis, sed poenitentiae: ergo pariter, & quando

Christus operabatur ex hoc motivo communi ad refaciendam iniuriam Deo
 non operabatur ex motivo Religionis. Nec valet, quod ait A-
 micus cum Suarez, probabile esse illum fuisse actum Religionis, si
 cum non solam proprium est exhibere debitum Deo cultum, ut
 primum principio, sed etiam ipsius a se, vel ab alio libere re-
 ferre, eundem quippe virtutem est honoratum illi obiectum re-
 servare, & legem refacere. Hoc enim est confundere virtutes, &
 motivo illarum inter se, & quamvis Religionis motum sit Deo
 reddere cultum debitum, reddere tamen Deo talem cultum com-
 pensando, & refaciendo iniuriam illam, ad Religionem non
 pertinet, quia religio non presupponit peccatum, cum referat
 in Beatis, satisfactio vero presupponit peccatum proprium,
 vel alienum, ergo debitum, quod respicit satisfaciendum di-
 versae rationis a debito, quod respicit Religio; & praesertim
 Suarez contendens satisfactionem Christi esse propriam, & rigoro-
 sam iustitiam, omnino inconsequenter illam iudicet Religione
 collocat.

Respondet Valquez disp. 7. c. 6. non fuisse in Christo peculiarem
 virtutem, ex cuius motivo satisfecit, sed inquit satisfecit
 esse ex omnibus virtutibus, quae habebat, sicut in nobis non est
 aliqua specialis virtus, cuius actus sit mereri apud Deum, pre-
 ter varias virtutes circa proprias materias versantes. Sed plane
 nostra conclusio non ita intelligenda est, quasi omnes actus satis-
 factio Christi fuit dicitur ab aliquo virtute iustitiae, sed intelli-
 genda est in hoc sensu, ut supra dictum est, quod actus satisfac-
 tionis Christi ex ratione, quae satisfactoria erat, saltem imperato-
 rii Christi ex ratione, quae satisfactoria erat, saltem negari non
 debet in Christo talis peculiaris virtus, quae formaliter intende-
 ret satisfacere, & reconpenlare Deo pro eius offensa, & solvere
 illi debitum ex eius offensa in nobis contractum, talis namque
 virtus non nisi ad genus virtutis iustitiae, quae quatuor Cardinalibus
 reduci potest, ut docet Scotus loc. cit. unde haec ratione Christus
 in Scriptura dicitur fuisse iustus. 1. Cor. c. 1. Factus est pro
 nobis iustus, satisfactio, & reddidit, sic etiam loquitur Augustinus
 in Enchirid. c. 49. & lib. 13. de Trin. c. 13. c. 14. ac alii Patres fre-
 quenter, & sic tandem loquitur etiam Trid. sess. 5. in decreto de
 peccato originali, & sess. 6. in decreto de Iustitiae. Tunc quia
 nos quoque meremur aliquid excedere virtutem, & nihilominus
 ad huc satisfaciendum Deo ex peculiari virtute poenitentiae, & datur
 in nobis haec peculiaris virtus ad satisfaciendum, & reconpen-
 sandum Deo pro nobis peccatis, ut Valquez ipse affirmat
 qu. 85. de poenitent. art. 2. contra eos qui poenitentiam confundunt
 cum generalitate, & varietate aliarum virtutum, ergo si-
 cut datur in nobis haec peculiaris virtus, ita quoque consideranda
 est in Christo, cum in carne venerit, passibilis ex hoc motivo sa-
 tisfaciendi pro peccatis hominum; nec ad aliud virtutis genus
 reduci potest, quam iustitiae, quia haec virtus inclinat ad aequi-
 tum, & tendit ad servandam aequalitatem inter ius divinum,
 & creaturam.

Est tamen adhuc aliqua difficultas inter Doctores hanc specialem
 virtutem in Christo admittentes, ad quam speciem iustitiae
 reduci debeat, & quidem Ragusa disp. 20. Hurtado disp. 15.
 in fine, & alii ad commutatam reduci, scilicet enim ex Scriptura
 ipsa colligi videntur 1. Corinth. 6. *Empii enim estis pro magno,*
 Psal. 129. *Copiae aquae cum redemptio empti o autem, & redemptio*
 sunt actus commutativi iustitiae, & Psal. 88. *quod exprobraverunt*
inimicis tui Domine, exprobraverunt commutationem Christi tui, ubi
 videtur Augustinus fermonem esse de Iudeis passionem Christi expro-
 bantibus, & Iacobus de Valenza explicat, commutationem Chris-
 ti, id est, mortem, & passionem, quia mors, & passio fuit pra-
 tium, & commutatio, quo Christus commutavit, & redemit. Quia
 propter dicitur Christum proprie satisfecisse ex iustitia commu-
 tativa, qualis inter homines nominatur, & exercetur, quia Chris-
 tus servasse videtur omnes condiciones, quae in humana com-
 mutativa iustitia requiruntur, & inveniuntur.

Pro virtutem hanc specialem in Christo, quae iustitiam
 appellamus, inter omnes iustitiae species commodius reduci non
 posse, quam ad commutatam, ita enim significat Doctor
 locis omnibus citatis, Sed non approbo, quod sic eundem om-
 ninio rationis specificum quod iustitia commutativa humana, ete-
 nim in universum iustitia hominis erga Deum videtur esse di-
 versae rationis a iustitia inter ipsos homines versante, ut nota-
 vit Averria loc. cit. quoniam inter Deum, & homines non in-
 tercedit eadem ratio danti, & accepti, ablati, & restituti, nec
 eadem ratio commutativa, & iuris, & translationis, ac com-
 mutationis ex homine ad Deum, & ex Deo ad hominem, quae
 inter ipsos homines intercedere solet, sed nobiliori, & pra-
 stantiori modo, sicut ergo iustitia ex parte ipsius Dei ad ho-
 minem non est eundem specificum rationis cum commutativa
 humana, ut dictum est num. 137. ita dicendum est de ius-
 titia ex parte Christi ad Deum, & sicut illam vocavimus
 ibi remissivam potius, & condonatariam, quam commutari-
 vam, ita servata proportione haec vocari poterit poenitentia, quae
 alio-

ARTICULUS SECUNDUS.

Statuitur altera Conclusio, & exponuntur conditiones rigorosae satisfactionis.

si quod est quaedam species iustitiae commutativa, non quidem
 ratione proprii delicti, sed alieni propter fiduciositatem, & va-
 simoniam, quod pro nobis Christus Deo propendit. Unde nec
 recit Suarez disp. 4. citat. sess. 3. dixit virtutem hanc in Chris-
 to esse eundem rationis cum nostra poenitentia, eo quod detesta-
 tio propria, vel alieni peccati sit materialis differentia, non
 formalis, & per consequens non sufficiens ad inducendam specialem
 differentiam inter detestationem propriam, & alienam delicti.
 Et enim, ut inquit Petrus Bellarmus disp. 7. quae 5. art. 4.
 in fine, hoc quod est detestatio propria delictum, est obiectum
 formale huius poenitentiae, non enim detestamur peccatum,
 ut sic, sed praecipue, ut a nobis patratum, ita ut ipsa
 peccati detestatio a nobis sit obiectum formale nostrae poenitenti-
 ae; atque ideo haec virtus non fuit in Christo, cum nullam
 in eo existeret peccatum; quare quoque satisfactio pro peccatis fuit
 alterius rationis a nostra, quia ratione aliena Suarez ipse fatetur
 eam virtutem in Christo poenitentiam appellari non posse, quia
 non satisfecit pro peccato proprio, sed alieno; ita quia alias
 quoque habuit condiciones, quae in nostra satisfactione non re-
 peruntur, fuit enim ad aequalitatem delicti, imò superabun-
 dans, & radix omnis nostrae satisfactionis. Et quidem Christi
 satisfactio non pertinet ad iustitiam commutatam proprie dictam,
 nec minus ad distributivam, ut placuit Suarez, sed ad
 solam vindictivam, fuisse tractat Gallus ex nostris 3. disp. 20.
 qu. 1. disp. 4.

346 Sed Obiectis contra hanc primam conclusionem, nequit eju-
 dem ad seipsum esse propria iustitia, sed debet necessario esse
 minus ad alterum 5. Ethic. cap. 1. quia iustitia praefert aequali-
 tatem in rebus, aequalitas autem est relatio realis, quae exigit
 extremae realiter distincta. Sed Christus per humanitatem satis-
 fecit sibi ipsi in divinitate subsistenti, & Verbum ipsum incar-
 natum fuit principium, quod satisfecit, & ergo non satisfecit
 ex vera, & propria iustitia, sed metaphorice.

Respondetur ad hoc argumentum varias esse solutiones, quas
 late exprimit Amicus disp. 5. sect. 7. Arraga disp. 12. sect. 1.
 Orlandus disp. 2. qu. 10. & alii, quibus tamen omnibus dimis-
 sisse respondeo, ut ex Scoti 4. disp. 14. qu. 2. D. non requiri
 necessarium ad iustitiam esse aliter simpliciter, sed sufficere
 quandoque esse ad se, quasi ad alterum; unde esse ad alterum
 ita dupliciter, & physice, & moraliter, physice ad alterum
 dicitur, quod est diversum a contrariis, & suppositiviter, mo-
 raliter vero quod habet libertatem subsistentem, ut exercetur
 actus moralis, & actionis, quae respiciunt alterum, perinde ac
 si esset diversitas omnimoda suppositorum, patet hoc, inquit
 Doctor, cum in quis iustitiam in seipso vindicet culpam a se commissa-
 m, hinc enim actus est ad se, quasi ad alterum, nam punit se,
 ut minister Dei, & punitur, ut reus; sic pariter inquitur iuri-
 stae, & dicitur T. iustitiam huiusmodi debet: censam Iulio,
 & deinde Iulius condonat. Titium donatarium omnium suorum
 bonorum a, potest Titius, ut heres, sibi ipsi, ut donatio
 solvere centum, quia est non fit ad se, ut ad alterum re, & phy-
 sic, est ad se, ut ad alterum moraliter, hoc est, iure & domi-
 nio, hoc autem totum de Christo dici potest, ac posteriori ratio-
 ne, quia in ipso non solam erat diversitas titularum, ut est in
 poenitentia, qui ut reus satisfecit sibi, ut ministro Dei secundum
 eandem naturam, & personam, sed etiam ad diversitas natura-
 rum; quare ob diversitatem naturae divinae, & humanae, &
 propter diversum modum subsistenti in eis, ita se habent actio-
 nes Christi, ac si exercerentur inter personas omnino diversas,
 quapropter eadem persona verbi, ut erat persona in humanitate
 subsistens satisfecit sibi, ut persona divinae; Et cum dice-
 batur iustitiam constituitur aequalitatem in rebus, hanc vero re-
 lationem realem praefertur occurrentem est ex eadem doctrina,
 aequalitatem iustitiae rationis materialiter, sicut est totum genus
 mortis, ut dictum est in hoc loco; & consequenter ex hoc capite
 non deficit satisfactio Christi a iustitia vera, & propria, prout
 haec distinguatur a metaphorica, & commutativa dicta; vide
 aliam solutionem apud Radam contr. 13. art. 2.

347 Deinde contra iustitiam inter Deum, & Christum constitu-
 tam obicit solent omnia illa, quae discutuntur faciunt contra
 iustitiam inter Deum, & homines, quae omnia soluta sunt
 disp. peccat. qu. 5. art. 4. obicit etiam solent difficultates probantes
 peccatum non esse iniuriam propriam in Deum, atque
 ideo non oriri in homine obligationem ex iustitia ad satisfaciendum
 Deo pro commisso delicto; quae etiam omnia soluta sunt
 in hac ipsa disp. qu. 2. Demum obicit solent, quod non interve-
 niat in hac iustitia inter Deum & Christum, quaedam aliae
 conditiones ad veram, & propriam iustitiam requiritur, sed hoc
 solum probat quod non fit iustitia rigorosa, qualis inter homi-
 nes exerceri solet, ut iam constituitur art. seq.

348 Dicendum secundo, satisfactionem Christi, esto fuerit actus
 vere, & proprie iustitiae, prout haec distinguitur a iustitia
 communitate, ac metaphorice dicta, ut conclusio procedenti
 statutum est adhuc tamen non fuisse actum exactae, & rigorosae
 iustitiae, qualis exerceri solet inter homines; non defectu condi-
 tionum, ut canitae ex dictis quae est, sed defectu quorundam
 conditionum ad rigorosam iustitiam concurrentium. Haec
 statuitur contra primam sententiam affirmativam, quae est com-
 munitas Thomistarum, Medii. Ferrar. Sor. Suarez, Valent. Al-
 varez. Cabrera, Harad. Albertin. Curiel. Tanner. H. ruz. Car-
 pens. Ponce. un ex nostris, & alios. Est Scoti loc. cit. disp. 19. c.
 20. c. 4. disp. 15. qu. 1. & Scotistarum, ac Nominalium omnium,
 & plurium Recentiorum, Licher. Tatar. Bassol. Malton. Ra-
 dz. Fabri. Arc. in. Belluc. Centini. Galli. Vulpes, Valquez,
 Torres, Lug. Bernal. Molin. Lorce. Averiz. Beccan. Putean.
 Bonacin. Amic. & omnium denique Auditorum, cum secunde
 sententiae extreme negativae, tum tertiae mediae. Probanda est
 autem assertio nostra discutendo per singulas condiciones, re-
 vera ad iustitiam rigorosam requisitas, & quas omnes adme-
 ritum quidem enim alias adiciunt, quae minime sunt necessariae,
 & attendendo has condiciones in Christi satisfactione non interve-
 nisse, atque ideo dici non posse ex hoc capite ex rigorosa ius-
 titia, adeo quod Christi satisfactio licet dici possit perfecta, &
 rigorosa quoad aequalitatem, & condignitatem praestit solvit,
 non tamen fuit rigorosa quoad modum solutionis, quia ind guit
 aliqua gratia libera Dei. Quae autem, & quot sint praecipue
 condiciones ad rigorosam iustitiam requiritur, iam diximus dis-
 put. praed. q. 5. art. 3. n. 168. quae adduntur, vel ad rigoro-
 sam iustitiam non sunt necessariae, vel si sunt necessariae, in
 satisfactione Christi non inveniuntur.

Primo itaque loco citato, diximus primam, & praecipuam
 conditionem ad rigorosam iustitiam requisitam esse, ut iustitia
 non fundetur in gratia, & liberalitate ipsius creditoris, quia
 iustitia, & gratia opponuntur iuxta illud Apost. *si ex operibus,*
 ergo non ex gratia, & ideo quantum gratia miscetur, tantum mi-
 nuitur de perfectione iustitiae, quam conditionem alii expl. can-
 quod non fiat ex acceptis gratis a creditore; Haec autem condi-
 tionem caruit satisfactio Christi, quia totus valor eius pendebat
 ex gratia unionis, & auxilio Dei; & opera Christi satisfactio-
 nis erant Dei dona data huic domini Christo, nam liber praes-
 tabat illi Deus auxilium, & concurrebat ad elicenda opera illa.
 Responsum vero Pontici disp. 6. qu. 5. ad hoc argumentum ex-
 clusimus q. 5. cit. n. 171. Nunc autem in proposito respondent
 Thomistae gratiam unionis non fuisse gratiam respectu poenite-
 aie Verbi, quae fuit ratio per se, & radix valoris in satisfactione
 Christi, sed tantum fuisse gratiam respectu humanitatis, a qua
 non fuit valor satisfactio; hoc autem non efficere, quod illa
 satisfactio saltem quoad valorem fundetur in gratia creditoris,
 quod tolleret ab ea ratione rigorosae iustitiae, quia quod satisfecit
 est suppositum, non humanitas, actiones enim suppositorum,
 atque suppositum Verbi, cum sit Deus, quicquid habet, habet
 ut suum, non gratis acceptum, & ideo, quod in satisfactionem
 pro nobis offert, offert ut suum; Haec tamen responsio non satis-
 facit, quia licet gratia unionis facta sit natura, non supposito,
 nihilominus, principium formale libere satisfaciendi non fuit
 suppositum, sed natura; cum igitur in satisfactione maxime
 spectetur liberum principium, poenae quod respicit formalis satis-
 faciendi facultas absolute dicendum est principium satisfaciendi
 in Christo fundari in gratia creditoris, quia ratione etiam in
 communi modo loquendi non dicimus Christus satisfecere, ut
 Deum hominem, sed ut hominem Deum. Et quamvis valor sa-
 tisfactionis Christi ex circumstantiis perlonge in hunc procedere,
 tamen quod ab ea procederet, ut a supposito humanitas, fun-
 dabatur in gratia unionis, quam gratis & liberaliter copulavit.

Respondet proinde alter Suarez loc. cit. gratiam creditoris
 tunc perfecta excludere iustitiam, quando ad illam hec tria non
 currunt; primum, ut gratia deur eo sine saltem virtuali, ut
 alius per eam satisfaciatur; quia tunc est inhibita saltem virtuali-
 ter in ipsa solutione; secundum ut solutio fiat ex ipsa re, quae
 creditores gratis donatur, non autem alius ex propria industria
 acquisita, unde si quis debeat centum Pavio, & quae recipit
 centum ad lucrandum, ut possit satisfacere ista donatio non ex-
 cludit rationem perfectae iustitiae, si postea ex illo lucro satisfaciat,
 quia satisfacit ex propriis industria acquisita. Tertium ut
 gratia fiat eadem, qui debet satisfacere: Sed in satisfactione Chris-
 ti hec tria non interveniunt. Non primum, quia gratia unionis
 non

non est collata humanitati eo sine primario, ut pro peccatis satisfaceret, sed ut in ea divina bonitas communis careret; unde si Adam non peccasset, adhuc unio ista fuisset. Neque secundum, quia Christus non satisfecit per ipsam gratiam unionis formaliter, sed per labores, & fructus, propria industria comparatos. Nec denique tertium, quia gratia unionis non est facta hunc homini Christo, qui proprie satisfecit, sed humanitati, quae non satisfecit.

151 Sed Contra, quia est gratia unionis quoad substantiam non fuerit formaliter, & primario ordinata ad debiti solutionem, fuit tamen ordinata virtutibus, & secundario considerata vero quoad modum fuit etiam ad hoc ordinata formaliter, & primario, quia in carne passibilis peracta est primario in remedium peccati, non ergo defuit primario; Sed neque defuit secundum, quia unio fuit causa valoris operum Christi, quibus satisfecit, quod autem est causa causae est etiam causata causa, & etiam ipsa Christi opera erant dona Dei concurrentis per gratiam habentem, ac supernaturalia auxilia, unde factum est satisfecisse Christum per labores, & fructus industriae humanae voluntatis acquisitos, quod licet praecipuus satisfecit valor, non ex humana Christi voluntate derivabatur, sed ex gratia unionis, & reliquis donis, humanitati Christi collatis; quare exemplum adductum debitoris, qui gratia accepta a creditore pecunia, unum ea tantum lucratur, quantum propria industria comparat ad solvendum totum creditorem debitum, ad rem non est, quia pecunia acquisita ex propria industria censetur esse debitoris, non creditoris, quoniam in negotiatione humana praecipuus lucri auctor fuit labor, nam in negotio tantis, ac opera Christi erant dona ipsius Dei, & industria negotii tantis, ac opera Christi erant dona ipsius Dei, quomodo creditum defuit, quia ut supra dictum est, licet gratia unionis facta sit natura, non supposito, tamen principium formalis liber & satisfaciendi non fuit suppositum, sed natura. Tandem toto citam hoc admisso, adhuc argumentum urget, quia ut indit Bellarus, iustitiam, & perfectior est illa satisfactio, quae tollit omnem gratiam creditoris excludit, quam quae necessitate aliquid praesupponit, etiam si non sit ad satisfactionem ordinata, nam dependet a gratia creditoris, quae cumque illa sit, obligat omnem aliquid inducit in debitorum ad creditorem, & satisfactio adhuc a tali gratia dependet, saltem ut a conditione sine qua non; ergo ad satisfactionem perfectam, & rigorose iustitiam nulla debet praesupponi gratia creditoris, quia talis illa dicitur, quae maior exigitur, nequeat.

Respondent alii, tam gratiam impedire iustitiam rigorem, quae sit in ipso contractu, non autem quae contractum antecedat, etiam si ordinatur ad finem solutionis; ratio est, quia ea tantum gratia minuit perfectam iustitiam, quae minuit aequalitatem solutionis, quia haec tantum est de ratione perfectae iustitiae, hinc generat iustitiam adhuc satisfaciendi foreo ex bonis, quae ab ipso in dotem accepit, & gratia antecedens non impedit iustitiam meriti, ut per eam ex iustitia mereatur praemium, in proposito autem tam gratia unionis, quam liberalis concessus ad actus satisfactorios Christi fuit gratia antecedens contractum, ratio hypothetica, quae voluntas concurrere cum voluntate humana Christi superare concurrere paratum in actu primo, quam operari, & habere concurrere eam illa Pontici, quam dixi resuram esse *disp. praed. qu. 5. num. 171*. & re vera non subsistit, nam

152 Hae solutio co-ncedit eam illa Pontici, quam dixi resuram esse *disp. praed. qu. 5. num. 171*. & re vera non subsistit, nam si gratia antecedat contractum, sive committitur, modo deur ad finem solvendi debitum, est virtualis condonatio debiti; perinde enim est quoad debiti condonacionem, sive ante, sive in ipso contractu debitum remittitur, ut hic adverteit Amicus, & hoc est, fuisse probatum est; Et factum est, quod ea tantum gratia perfectionem iustitiae minuat, quae minuit aequalitatem solutionis, quia perfecta, & rigorosa iustitia non solum aequalitatem exigit, licet iustitiam non impedit quoad aequalitatem impedit tamen quoad alias condiciones ad iustitiam rigorosam requisitas, ut *loc. cit. dictum est*. Et tandem exemplum de genere ad actum non est ad rem, quod enim is a foreo accipit in dotem, non utique gratia accipit, sed oneroso contractu alendi eius filiam, quam dicit in uxorem, & prolem communem ex ea procreandam.

154 Respondet tandem Arriaga *disp. 12. num. 24*, quando ea bona, quae erant creditoris, sunt in hi donata liberaliter, & non cum obligatione ea restituendi pro debito, possit deinde ea vertere in satisfactionem eius debiti, tunc enim ea bona iam sunt moraliter perinde mea, ac si ab alio distincto a creditore essent donata, & ad me acquisita; & ait hanc esse rationem a priori, quia probatur non esse contra rationem rigorose iustitiae, eam fieri ex bonis a creditore gratuito acceptis; effect autem, si ipse creditor ea ad desisset, ut obligaret ad ea sibi reddenda pro soluto prioris debiti, non enim tunc proprie daretur mihi dominium in illa. Addit, hoc argumentum ex hac

prima conditione deductum impugnat non solum iustitiam propriam, & rigorosam, sed omnem prius meritum, quia si dano creditori, quod ipse ipse donavit liberaliter, non illi ex iustitia satisfactio exacte, proinde nec etiam meretur ab illo ullum praemium; quod si praemium mereri possum, poterit enim cerere ex iustitia, quia sicut ad iustitiam satisfaciendam requiritur, quod ego quasi ex me aliquid offeram, ita eodem modo est necessarium ad meritum, nec ulla potest in hoc puncto afferri disparitas alienius momenti.

155 Sed contra, quia etiam in hoc casu opus est aliqua limitacione, quamvis enim si donatarius etiam abique tali dono erat alias potens ad debitum solvendum, facti possit exacte satisfacere non obstante tali dono, tamen si haec ad satisfaciendum impotens ex donacione factus est ad eam potens, illa doctrina non habet locum, quantumvis rei dante dominium sit a donatore in donatarium translatum, quoniam creditor in hoc secundo casu semper iactare potest ex suo aere, vel rebus, quae suae fuerunt, debitum fuisse exactum, & plane in humanis ita passim accidit, ut in his casibus satisfactio non reputetur rigorosa; Hac igitur de causa ex defectu huius conditionis satisfactio Christi defecit a rigore iustitiae; nam omnia quibus Christus satisfecit, gratuito accepit a Deo, & gratiam unionis, & gratiam habitabilem, virtutes in se, & alia dona supernaturalia; & in tali donacione non ita facta est dominii rei transitio, sicut fit in humanis, in eo nempe rigore, ut Deus domino talium rerum se privaverit, ut magis infra declarabitur; quibus de causis Christi satisfactio nequit dici de rigore iustitiae. Et quod dicitur esse de satisfactione, dandum etiam est de merito, quod sicut illa dari nequit de toto rigore iustitiae, ita neque meritum iustitiae ex eodem rigore, ut dicitur *est. 139*. Adhuc tamen verum est, quod licet huius conditionis defectus minuat aliquid de rigore iustitiae, tam in satisfactione, quam in merito, nihil tamen minuit quoad aequalitatem, & condignitatem praemii soluti, vel praemii acquirendi, quia ratione meritum, & satisfactio Christi dici debet fuisse vera, & propria iustitia, quae in equitate consistit dari, & accepti, ablati, & restituti, non amen rigorosa, & omnibus conditionibus instructa, qualis reperitur inter homines adiuvenem.

156 Sed obicit, unum cum Verbo, & supposito humanitatis in illo erant ad propriam ipsius humanitatis personalitatem suppleendam; ergo erit quod conaturalis, & debitum, sed omnis valor operum Christi ex tali unione proveniebat radicaliter, & originative, ergo absolute satisfactio fuit ex libi debitis. Confirmatur, quia alia dona humanitatem assumptam subiecta erant debita humanitati in Verbo subsistenti; ergo satisfactio fuit ex propriis, ac debitis, non autem ex gratuito acceptis. Respondet, negando consequentiam, nam ex eo antecedente solum inferri potest, quod aliquid suppositum in communi illi nature debitorum conaturaliter ad eius complementum, non vero hae subsistenti Verbi, sed quod in eo subsisteret assumpta humanitas, fuit maxima gratia. Ad Contra, negatur assumptum, licet enim illa dona de congruo deberentur humanitati assumptae, ac etiam aliquid modo conaturaliter, adhuc tamen abique iniuria negari poterant, & non conferri.

Secunda conditio pendendi

157 Secundo *disp. praed. qu. 5. art. 3. num. 168*, dicebamus secundam conditionem ad rigorosam iustitiam requisitam esse, quod fiat non ex bonis ipsius creditoris, sed ex bonis propriis ipsius debitoris, in quae creditor nullum habeat ius, dominium, vel possessionem, quia alias non potest servari aequalitas; si enim ego in satisfactionem tribuam alteri id, quod illius est, si post satisfactioem non plus habeat, quam ante, ac proinde non maior aequalitas restituta erit quam autem erat, sed manebit eadem in qualitate; pro cuius conditionis intelligentia notandum est cum P. Bellaro duplex ius reperitur, ius ad rem, & ius in reprimi est ad acquirendam possessionem, & dominium, tam morale, quam physicum; alterum est eum moraliter, & physicum rem possidemus; quando ergo dicitur satisfactioem non debere fieri ex bonis creditoris, debet intelligi de bonis, super quae creditor habeat ius in re; si autem haberet tantum ius ad rem non impedit hoc ius rigorosam satisfactioem, ut cum restituitur liberum furatum, haec restituitur, & satisfactio est perfecta, & tamen creditor habeat in librum ius ad rem. Hae autem conditio non fuit in satisfactione Christi, quia opera Christi satisfactoria sunt sub dominio Dei, nam omnia creaturae, & titulo creationis debebantur ipsi Deo; ergo eius satisfactio non fuit ex propriis, sed ex bonis ipsius creditoris; Respondent tamen Pontici ad hoc argumentum ex secunda conditione deductum *loc. citato* iam expromissum, nunc alibi iure examinande. Tomise fitentes in eo principio, quod satisfactio Christi fuerit opus divini suppositi, consequenter dicunt

Christi

Christum satisfecisse per aliquid, quod erat coramter suum; Sed hoc assumptum fallum esse iam supra demonstravimus, nam principium formale liberis satisfaciendi, non fuit suppositum, sed natura, & actio elicitoria a natura, & solum denominative ad suppositum spectat, ut dictum est *disp. praed. n. 291*. & in satisfactione praeteritum attendi debet liberum principium, penes quod residet formalis satisfaciendi facultas.

158 Respon. proinde aliter Suarez, gratis concedendo Christum sub dominio Dei, adhuc tamen negat inde legi, quod non satisfecerit ex rigorosa iustitia, quia cum satisfactio non veretur in datis, & acceptis, ut restituitur, sed in actione, quae tantum honoris, & reverentiae rependat offensa, quantum iniuriae intulit offensa, non consistit in translatione alicuius dominii, sed in exhibitione obsequii, quod recte fieri potest per operationem, quae sit sub dominio creditoris. Sed haec responsio unum fallum supponit, restitucionem nempe a satisfactioe differre, quod tamen praeter omnino dicitur, cum satisfactio sit restitucio creditoris in gratiam, & satisfactio est in materia iustitiae, & est quaedam restitucio honoris, & ablati ergo talis satisfactio habet veram rationem restitucionis ex beatu enim ad restituendam famam, & honorem, quae non sunt in actione ipsa satisfactoria, sed in mente aliorum, ex qua per iniustam actionem delata erant; ergo quod restituitur, non debet esse sub dominio creditoris perfectio, ut talis satisfactio rigorosa dicatur, pugnat enim cum perfecta satisfactioe honorare alicuius rebus ius.

159 Respondet Calpenis ad hanc replicam, quod Christus satisfaciebat utique per opera, quae sunt sub dominio Dei, non tamen, ut sic reduplicative, sed quatenus debent sub dominio quodam Christi operantis, & satisfaciendi; nam Christus erat dominus suorum actuum quos in Dei honorem, & satisfaciendum faciebat, & quod ad perfectam satisfactioem sufficit, & ex rigorosa iustitia; sicut a simili ad verum meritum sufficit, quod operans habeat verum dominium suorum actuum, quos exercet in honorando illum, apud quem meretur, etiam si alias actus ille cadat sub dominio eiusdem.

160 Sed Contra, quia hoc intelligi nequit, nisi in hoc sensu, ut opera Christi satisfactoria essent sub perfecto, & pleno Dei dominio, sub dominio vero Christi imperfecto tantum, & illi subordinato, sed quae, siquae omnia habet sub perfecto dominio alterius non habet perfectam iuris alterationem, quam omnino iure contrahentes rigorosa iustitia requirit, alioquin non posset iuret eos servari iure ut iustis; cum igitur Christus satisfaciens ita se habere in ordine ad Deum, nam quicquid habebat etiam ipsum meritis in ius actus, & sub perfecto Dei dominio, iam dare non poterat, vel aliquid offerre Deo, quod non esset sub perfecto illius dominio, & saltem est, quod tale dominium Christi in suos actus ad satisfactioem sufficeret exactam, & ex rigorosa iustitia; ut sensu eam concedimus dari non posse merito hominis apud Deum ex rigorosa iustitia ob eandem rationem, ut dictum est *disp. praed. n. 198*. Sed tamen quoad condignitatem, quod perfectam condignitas satisfactoris, vel meriti solum attendit exactitatem valoris ad debitum extinguendum, vel praemium consequendum, undecumque illa proveniat, & talis utique fuit in satisfactione, & merito Christi.

161 Dices, dominium Dei in actus Christi non impedit dominium privatum Christi in eodem actus, ergo non impedit, quo minus per eos actus satisfacieat perfecta iustitia, nam satisfactio ex perfecta iustitia nititur proprio dominio; probatur assumptum, quia dominium Dei est dominium alium diverse rationis a dominio privato creaturae; ergo non impedit illud. Resp. cum Amico cit. non impedit perfectum dominium libertatis, impedit tamen dominium perfecte alteritatis ad rigorosam iustitiam requisitam, ut patet in dominio Patris in obsequia filii, quod non impedit dominium libertatis in filio, sed solum dominium perfecte alteritatis, & proprietatis; ad probationem consequentiae dicendum, perfectam iustitiam non in quovis dominio, sed in dominio solum perfecte alteritatis. Nec sufficit, quod dominium Dei sit alium, & diverse rationis, ad hoc ut non imediat perfectum dominium proprietatis creaturae, quia non est, sicut, dominium alium Principis creati, vel Republicae in casu tantum urgentis necessitatis, sed perfectum, & imbutum in quovis dominio creaturae. Dices rursum, si duo habeant dominium in solidum idem perfectum in eandem rem ut dominium unius non impedit dominium alterius, quisque possit ex eadem re alere satisfaciere ex perfecta iustitia, quia talis solutio tantum valeret, quatenus si ille, cui sit solutio, non esset dominus eiusdem rei. Sed tale est dominium, quod Deus, & Christus habent in operationibus nature assumptae. Resp. tale dominium implicare ex dictis *disp. praed. qu. 4. n. 174*, neque in creatura posse assignari ius perfectum ad verum Deum, sed tantum imperfectum ex dictis ibidem n. 193.

162 Respondet tertio Arriaga, quod etiam si totus valor operum

Christi fuerit ipsius Dei, materia tamen, cui talis valor inerat, erat ipsius Christi, quatenus sub sua potestate & habebat facere, vel non facere talia opera, & hoc pacto dicitur ex propriis debiti satisfecisse nisi enim liberis sua opera applicuisset, tanquam materiam, cui conjunctus valor obiectum efficit summum Deo placens, non fuisset debito satisfactum; quod explicat exemplum, nam esto valor omnis pecuniae formaliter voluntas Principis cum designans hoc, vel illo modo; si tamen ego illi praebco materiam, vel argentum, ex qua scutum cadatur, quod tantum valere, vel tantum taxavit, si ex hac pecunia debitum solvo, ex propriis solvere dicor, quia materiam praebui eundem, esto valor ejus totaliter a Principis voluntate dependeat. Sed hoc ipsum exemplum hanc solutionem non destruit, nam in tali casu utique debitum ex propriis solvere dicor, quia materia, ex qua casum, est aureum, est mea, esto valor ei impositus sit ipsius Principis, ac in proposito nostro etiam materia ipsa, nempe opera Christi, sunt omnino sub dominio Dei, esto liber & Christo facta fuerint, sicut obsequia filii in Patrem, esto ab ipso libere fiat, esse dicitur sub dominio Patris; non ergo hac ratione salvatur, quod ex propriis satisfecerit, ut ad exactam, & rigorosam requiritur satisfactioem.

163 Respondent denique Recentes quidam, ut Albertinus, Ragusa, Morandus, & alii, quod quamvis opera Christi secundum omnem suam physicam entitatem, ac bonitatem essent etiam Dei, ac per consequens non essent propria ipsius Christi; conderata tamen, quatenus dignificata erant a supposito divino, quod erat in Christo, scilicet, a Verbo, & non a divinitate, cum solum Verbum terminaret, & sustentaret naturam humanam, & per consequens ipsum solum dignificaret opera illius, id est secundum hanc rationem sunt propria ipsius Christi, & non Dei Patris, aut Spiritus Sancti; & ratione huius dominii poterat Christus satisfaciere, tanquam ex propriis. Quae etiam ratione Vulpes *disp. 56. art. 1. tom. 3. part. 4.* opinatus est ex parte Christi, quia Verbum Dei est, omne opus fuisse verum, ac perfectum meritum apud Deum Patrem ex perfecta iustitia inducens debitum retributionis simpliciter.

164 Hic tamen solvendi modus penes peculiare dominium in Verbo ratione personalis unionis in operationibus humanitatis, quod non sit in Patre, & Spiritu Sancto communiter ab aliis reitituitur, ut prorsus improbabili, quia nullum peculiare dominium habet Verbum ratione talis unionis in opera humanitatis, quod illi commune non sit cum Patre, & Spiritu Sancto, vel a tota Trinitate non pendat; Et ratio est, quia si personalitas praecindatur a natura divina, & consequenter a voluntate, vel volitione omnibus communium cum, ut sic praecisa, non sit voluntas, aut natura libera, vel intellectualis, dici non potest habere aliquid dominium proprium, quod non sit commune Patris, & Filio, quia omne dominium formaliter est penes voluntatem, non vero personalitatem, cum sit libera facultas disponendi; quare Verbum ratione naturae, quam terminat, & sustentat, aliud dominium habere non potest in opera talis naturae, praeter dominium ipsi naturae convenientis, ideoque eum in Christo duplicem terminet naturam ratione duplicis naturae terminatae, duplex in opera humanitatis dicitur dominium habere, unum quidem supremum, ac independens Patris, & Spiritu Sancto commune, ratione divinae naturae; alterum vero ratione humanae naturae, quod quia creatum est, a tota quoque Trinitate dependet, eique competit per idiomatum communicationem; quare concludendum est nullum peculiare dominium in opera humanitatis Verbum habuisse a dominio Patris, & Spiritu Sancto conditum, ratione cuius dici possit in rigore ex propriis satisfecisse, ut praefata responsio communitur; opinionem vero singularem Vulpes de merito divini Verbi apud Patrem quam ex initio rehellimus *disp. praed. q. 8. art. 1. n. 283*.

Tertia conditio examinanda

165 Tertio, ulterius inter condiciones rigorose satisfactoris solet alia quoque recitari, quod sit ex alias indebitis; quae quidem ita intelligenda est, non quidem, ut sit ex omnino in debitis, nam satisfactio illa absolute debita est, sed ex indebitis alio titulo; ut si quis debeat mille Petro titulo crediti, non potest per haec mille satisfaciere pro alio mille, quae debet eidem Petro titulo emptionis, vel mutui; & haec dicitur conditio videtur reduci ad duas praecedentes; id est enim videtur non posse satisfacionem fieri ex alias indebitis, quia illa alias debita, iam sunt quodammodo ipsius creditoris, non quidem quod actu sint sub eius dominio, sed quatenus ea ratione quia alii titulis sunt ei debita, iam habet ius ad illa. Haec autem conditio videtur rigori satisfactoris Christi obesse, quia omnia ejus opera multiplici titulo erant Deo debita, scilicet, gratitudinis, obedientiae, religionis, & non solo titulo iustitiae.

Ref.

166 Respondet Suarez, hanc conditionem debere intelligi de debito iustitiae, ita quod satisfaciens non sit debitor creditori alio titulo iustitiae, ut constat in exemplis allatis, sed si sit debitor alio titulo, scilicet, gratitudinis, vel alterius virtutis inquit id non impedit iustitiae rigorem. Sed hoc vim argumenti non tollit, ideo enim distinctus iustitiae titulus perfectionis iustitiae, & rigorosae satisfactionis derogat, quia supponit rem alio titulo iustitiae perfecte alteri obligatam, ergo si opera Christi alio titulo, quam iustitiae erant Deo debita, & obligata, & Deus ex alio titulo habebat ius ad illa exigenda, iam non erant in toto rigore satisfactoria; Et praesertim huic rigori obicitur titulus religionis, quae rem strictius Deo obligat, quam titulus iustitiae, unde vel relinquere non videtur in re capacitate ad alium titulum iustitiae fundandum, vel saltem non adeo rigorosam; & plane negari nequit, quin perfectior, ac magis rigorosa esset satisfactoria, si fiat ex omnino indebitis, quam si fiat ex aliis debitis. Nec etiam valet, quod addit Suarez conditionem istam tantum habere locum in operibus finitis valoris, quibus sane duplici obligatione, & debito satisfieri nequit; secus autem in operibus valoris infiniti, quae ob infinitudinem pluribus obligationibus aequivalere possunt, ac omnes dissolvere. Non, inquam, valet, constat enim ex dictis disput. praecedent. quae 8. falsum esse, quod opera Christi, ut meritoria, & satisfactoria fuerit infiniti valoris simpliciter, & absolute; fuerunt enim infiniti valoris tantum secundum quid, & infinitate ordinis, ut ibi explicatum est; Et quando etiam essent infiniti valoris simpliciter, haec infinitas sufficeret tantum ad satisfaciendum pluribus obligationibus, & debitis perfecte quoad aequalitatem, & condignitatem, non autem quoad iustitiae rigorem.

167 Respondet pro ad aliter Hurtadus, Orlandus, & alii, quam etiam responsione approbat Cardin. de Lugo, duplex esse debitum in nobis, vel obligationem erga Deum, alia proxima, & actualis, alia remota, & actualis; haec est, quam habet creatura secundum se considerata, ad Deum etiam in se spectatum, & est veluti obligatio in actu primo ad omnia opera praestanda, si ad Deum exigatur, cum jus habeat illa exigendi titulo supremi domini; proxima vero, & actualis est, quando iam Deus talia exigit opera; si vero Deus haec opera non exigit titulo domini, sed potius ea permittit nostro arbitrio, tunc habemus obligationem remotam, & proxima causa omnis possimus ergo offerre Deo opera indebita proxima, debitum enim remotionem cum carencia obligationis proxime non impedit contrarium ex iustitia, quod explicat exemplo de Domino non exigente a servo opus durum, quo postea potest domino satisfactum, quia est solum remota, non proxime debitum; licet ergo Deus possit, a Christi humanitate, titulo domini exigere omnia, quae poterat a se vel a se non exacturum, ac sic condonavit, & iuri suo cessit, vel nullum praecipuum de illis operibus dedit, ipsum in eius omnimoda libertate, & potestate relinquens.

168 Sed Contra, quia Christus quoque satisfecit pluribus operibus a Deo praecipis; & falsum est dominium posse per promissionem non exigendo impediri, ut dicitur est disp. praeced. q. 8. art. 3. n. 173. quia licet Deus de facto ex aliis titulis opera nostra non exigat, absolute tamen potest illa exigere, & ideo adhuc absolute eorum retinet dominium; quemadmodum promissio de non exactioe, vel de non iustione in servo, filiosfamilias, & subdito religioso, non reddit opera eorum exempta a proprietate Domini, Patris, ac Praetuli religiosi; Unde falsum etiam est, quod Deus iuri domini sui cedere possit, non enim facere potest, quin res exitens sit sub eius dominio, cum sit essentialiter Dominus, & opera nostra essentialiter a Deo dependentia, & consequenter semper Deo debita titulo dominii, haec ulla promissio potest esse talis virtutis, ut abdicet a Deo supremum dominium, quod habet in creaturas, & earum actus; sed non iubendo solum cedit actuali iustionem in exercitio; & haec ipsa negatio exactiois, & assionis in Deo est ipsius liberalitate, & gratia, quae non stat cum rigorosa iustitia, ut supra ostensum est in explicanda prima conditione; Ex quo patet, exemplum adductum non esse ad rem sed potius ad oppositum, nam Dominus ideo potest cum servo pacifice de labore durum, dum illum non exigit, quia non exigendo videtur cedere proprio iuri, at Deus nunquam cedere potest suo iuri praeterquam quod etiam in illo casu ex tali pacto non conflueret contractus inter Dominum, & servum ex rigorosa iustitia, si contendas Dominum per negationem exactiois durum laborem non manumittere labore non tantum dominum libertatis, sed etiam contractus ex iustitia non rigorosa, quia talis negatio exactiois in Domino est ex ipsius liberalitate, & gratia, quae non stat cum rigorosa iustitia.

169 Dices, hinc sequi Christum nullo pacto satisfecisse potuisse per opera sua, cum essent Deo aliis titulis perfecte obligata; unde per hoc non solum impediretur satisfactio ex rigorosa iustitia, sed etiam ex vera, & propria iustitia. Tum quia do-

ctrina allatae responsioni videtur esse Scoti, d. 1. q. 1. art. 2. 6. quantum ad ipsum articulum dicens, potuisse Deum de potentia absoluta dedisse peccatori gradum, & contritionem, per quam ipse pro suo peccato talia staret, & non obligare ipsum peccatorem ad actum illum reddendum titulo praecipis, & tunc ille actus esset alius indebitus; quem locum tituli Scotus passim intelligit, ut quae sunt libera a praecipio, sine sub dominio clientis, & Deo non debita.

Respondet negando consequentiam; duplex enim est satisfactio, ut sepe dictum est, alia ex perfecta condignitate, alia ex perfecta iurium alteritate; quamvis Christus satisfecit non potuerit ex perfecta iurium alteritate, ut mox patebit, potuit tamen ex perfecta condignitate, quia ad meritum, & satisfactionem de condigno iustitiae aequalitas meriti ad premium satisfactiois ad debitum cum in solo dominio libertatis in merente, & satisfaciante, ut constat in nobis, si non solum per actus consilii, & opera supererogationis, sed etiam praecipis de condigno meremus gloriam apud Deum, cum tamen actus praecipis sine Deo debita duplissimo religionis vinculo; Cum vero inquit Doctor loco citato, quod Deus potuit opera aliqua non praecipere, quo casu opera illa essent supererogationis, & alia indebita; non hoc intelligit in ordine ad dominium, & proprietatem; sed solum ratione obedientiae, nam ratione huius virtutis essent indebita.

Quarta conditio discutitur.

Quarto, dicebamus etiam loc. cit. q. 8. num. 168. ex Arist. 1. Ethic. cap. 1. & Scoti q. 1. art. 4. q. 1. v. perfecte, & rigorosa iustitia praecipuum conditionem esse iurium alteritatem, qua ratione inquit ibi Arist. inter Patrem, & Filium, Dominum, & Servum iustitiam simpliciter reperiri non posse, quia nec filius, nec servus est sui iuris respectu Patris, & Domini; debet autem perfecta, & rigorosa iustitia includere perfectam iurium alteritatem, quia intendit constituere aequalitatem inter dantem, & accipientem, unde quantum deficit a perfecta iustitia; Sed ius, quod habet Christus in actus satisfactorios, ratione creatae voluntatis non est perfecte alterum a iure, quod in eodem actus habet Deus; ergo haec maior conatit ex dictis loc. citato; minorem probat cum Amico disp. 6. sect. 7. nam illud ius dicitur perfecte alterum, quod fundatur in remota, & distincta a re, & iure alterius, cum quo contrahenda est iustitia; sed ius, quod Christus ratione humanae voluntatis habet in actus satisfactorios fundatur in libertate creatae, quae est effectus, & naturalis possessio Dei, potiori iure, quam filius sit naturalis pater Patris, & servus moralis possessio Domini; ergo sicut haec ratio perfecta, & rigorosa iustitiam negat Arist. inter Patrem, & Filium, tanto magis inter Deum, & Christum negari debet.

Respondet, Christum ut hominem habuisse perfectum ius libertatis in suos actus, & haec ratione fuisse perfectum illorum dominum, ideoque super illos fundari potuisse rigorosam iustitiam cum Deo; neque id impediri ex eo, quod Deus non possit se ex poliare domino contum aduam Christi, quia dari potest dominium duorum in solidum eiusdem rei. Sed tale dominium prorsus implicare ostendimus q. 8. cit. n. 174. neque ex eo, quod Christus, ut Homo perfectum ius libertatis in suos habuerit actus, rite inferatur, quod potuerit super eos fundari perfecta, ac rigorosa cum Deo iustitia; quia cum ius libertatis non faciat Christum ratione humanae naturae moraliter perfecte alterum a Deo, quia etiam ut liber manet perfecta Dei possessio, consequenter tollit rationem perfecte iustitiae; & rigorosa, quae talem excludit dependentiam, & perfectam requirit iurium alteritatem. Tum quia, cum Christus dicitur fuisse perfectus suorum actuum dominus, hoc praesertim intelligitur, ut supra dictum est, de perfectio libertatis dominio eos eliciendi, & non eliciendi; non autem de perfectione domini eos excludendi, & extrahendi a iure, & dominio Dei, quod necessarium est ad perfectam, & rigorosam iustitiam; itaque habuit suorum actuum perfectum dominium in libertatis, non autem proprietatis, quod necessarium est ad constituendum iurium alteritatem inter contrahentes.

Dices, in libertate Christi est efficere, ut Deus acquirat ius & dominium in actus liberos humanitatis, quia in libertate eius est elicere hunc actum, vel illum & Deus non acquirit ius in actum, nisi res ipsa eliciatur; ergo Christus habet in suos actus non tantum dominium libertatis, sed etiam proprietatis, & potest consequenter Deo cedere aliquid ius, super quod perfecta iustitia fundetur. Respon. primo negando assumptum, non enim libertas nostra est causa, vel ratio, cur Deus acquirat ius ad dominium actuale in actus nostros libere elictos, sed tantum pura conditio, quae posita Deus se habet ius in illos ratione universalis, & supremi domini, quod habet in omnia; sicut pro-

productio fructus ex arbor non est traditio iuris in dominium arboris, sed tantum pura conditio, quae posita per idem ius, quod in arboris habet, dominium quoque acquirit actuale in fructu arboris. Deinde quando etiam concederetur assumptum, adhuc neganda est consequentia, quia ad fundandum proprietatis dominium, quod ad perfectam iustitiam concurrunt non satis est, quod sit in potestate creaturae efficere, vel non efficere opus, sed ut factum non sit sub dominio Deitatis in factum si factum debetur ei; & obligatur titulo creationis, & conservacionis, non potest supra illud iustitiam fundari, quia nemo iustitiam perfectam, & dominium proprietatis fundare potest supra id, quod est alterius, sicut ancilla potest non concipere, sed postquam concepit, parit et ipsius domini, & per hunc non potest satisfecisse domino maiorem autem subiectionem habemus nos, & nostra opera in ordine ad Deum, quam ancilla, & parus eius respectu domini; Christus autem secundum humanitatem, per quam satisfecit, tanquam per principium formale liberum, quo erat perfecte subiectus Deo, ut primo principio totus esse; ergo quicquid ex illa derivatur, erit debitum Deo sub tali titulo, ut certe poterat illud a Deo exigi ratione supremi domini, ideoque iustitiam erat ad fundandam perfectam, & rigorosam iustitiam inter Christum, & Deum.

Dices rursus, id probare solum esse habere ius in actus Christi, postquam sunt elicti, non autem antequam eliciantur, nam ante sicut erat in libertate Christi potestas eos elicere, vel non elicere, ita sub plene eius dominio; ergo saltem ratione huius domini antecedentes, quod Christus habebat eliciendi, vel non eliciendi in Deo honorem poterat ex perfecta iustitia cum Deo contrahere. Negatur assumptum, intantum enim actus voluntatis nostrae antequam eliciantur, dicitur esse in potestate nostra, & in plene dominio, ut eliciantur, vel non eliciantur, quia habemus contum ad illa paratum in promptu ad eos eliciendos, vel non eliciendos, unde Deus antequam eliciantur, habet a dependentem a creatura plenum dominium in causam productivam, & consequenter in actus ad ea producibiles; ratione cuius possunt a Deo exigi, ut sunt, non minus, quam a Domino exigi possunt opera libera mancipii, antequam eliciantur. Dices tandem, potest saltem Deus illos actus non eligere a creatura; ergo stante alia non exactioe, & concessioe poterit ex iustitia contrahere cum Deo, sicut servus in tali casu potest contrahere cum Domino & illi ex iustitia satisfecisse ex labore durum, quem et condidit, licet ex opere po. uerit. Negatur consequentia ex dictis num. 168. quia haec ipsa exactiois negatio, & haec ipsa concessio in Deo est ipsius liberalitate, & gratia, quae non stat cum exacta, & rigorosa iustitia; licet etiam ex parte Domini creati, qui tollit ex poliare potest iure exigendi opera a servo sibi debita, & illam libere manumittere a dominio proprio, ac fisci a prae servo operari, facit tali manumissione, potest ex iustitia prae se contrahere; non ita Deus, qui licet possit concedere, ut creatura non teneatur talis elicere operationes, adhuc tamen se ex poliare non potest iure illas exigendi; quare semper manet cum perfecto eorum dominio, etiam prout sunt in causa, quatenus potest de illis disporre absque alterius iniuria, in quo consistit perfectum alicuius rei dominium; quod totum optime notavit Amicus loc. citato.

ARTICVLVS TERTIVS.

Examinantur alia duae conditiones rigorosae satisfactionis.

174 Restat examinanda aliae duae conditiones rigorosae satisfactionis, de quibus dubitatur, an sint necessariae ad perfectam, & rigorosam iustitiam: Vna est, ut satisfactio fiat immediate ab ipsa persona offendente; altera est, ut non possit ex iustitia non acceptari ab offenso. Auctores veteres satisfactionem Christi fuisse ex toto rigore iustitiae negant primam conditionem esse ad hoc necessarium, sed propter accidentalem: si enim semel concederent esse necessarium, cum haec non reperitur in satisfactione a Christo exhibita, quia non ipse fuit persona offendens, sed offendens fideiussor, consequenter concederent non fuisse de toto rigore iustitiae, quia saltem haec conditio illi deficeret. At qui contra tenent satisfactionem Christi non fuisse de toto rigore iustitiae, affirmant hanc conditionem esse necessarium, & quia in Christi satisfactione non interuenit, ex hoc ipso capite deducunt deficiisse ab eo rigore.

175 Dicendum tamen est cum hac posteriori sententia hanc quoque esse conditionem necessarium, & essentialem rigorosae satisfactionis, & non proflus adventitiam, & accidentalem, ut auidet Suarez, Arraga, & alii primae sententiae sectatores, atque ideo etiam ex defectu hujus conditionis Christi satisfactionem

defecisse a rigorosa iustitia. Ratio est, quia ut satisfactio fiat rigorosa, & exacta iustitiam sufficiens, debet ius iustum offensae reparare, & compensare, non solum quoad substantiam, sed etiam quoad circumstantias omnes in individuo, nam hoc ipso, quod ab aliqua circumstantia defecerit, iam non efficitur circumstantia recompenfativa; ac eo ipso, quod satisfactio non exhibetur immediate ab ipsa persona offendente, sed ab alio, qui ut eius fideiussor substituitur, non reparat ius iustum offensae quoad omnes circumstantias; ergo, &c. Major patet, minor probatur, quia satisfactio ab alio exhibita, ut fideiussore substituto, & non ab ipso offendente immediate, non reparat individuum illum honorem, & reverentiam, quam suo personali actu lesit offendens; cum enim hic sit actus voluntarius personalis, essentialiter pendet a persona, quae lesit, & cum honor ille consistat in reverentia, reuerentia, quam de excellentia personae offensae offendens debet offerre, non potest ab alio, quam ab ipso offendente formaliter reparari; & quantum talis honor in individuo non reparatur, semper offensus habet ius ad satisfactionem pro illo exigendam.

Respondet Suarez, non remanere tale ius apud offensum, 176 quia offensus supponitur iam cessisse iustitiam, & convenisse de acceptanda satisfactione ab alio, qui ut fideiussor substituitur; & licet honor ille oblitus in individuo non restituatur per personalem ejusdem offensoris reificationem in contrarium formaliter, reparari tamen emmenter, vel aequivalenter per fideiussorem substitutum, & ad perfectam satisfactionem sufficit, ut compensatio fiat per aequivalentes; & hoc praesertim evenit in proposito nostro, quia satisfactio Christi non solum est aequivalens, sed in infinitum excedens quemcumque honorem, quem contra Deum homo peccando leserat; Contra, quia si, offensus offensus non cedat iuri suo, & conveniat de acceptanda satisfactione ab alio, qui ut fideiussor substituitur, nunquam dicitur perfecte satisfactus, quantumcumque satisfactio ab alio oblat sit aequivalens, & superabundans; cum ergo ad satisfactionem factam ab alio requiratur cessio proprii iuris facta ab offenso, & liberalis quaedam admittio talis fideiussoris, necessario sequitur satisfactionem immediate ab offendente factam esse perfectiorem, & exactiorem, quam quae libet alia facta a fideiussore, quantumvis aequivalentis offensae, vel cum excedens, quia haec semper supponit liberalitatem aliquam personae offensae, non illa; ergo ad exactam, & rigorosam satisfactionem exigitur, ut immediate fiat ab ipso debitore, & offendente.

Respondet Arraga, habere quidem offensum ius, ut non possit cogi ad acceptandam satisfactionem, quantumvis aequalem, & exactam, nisi ab ipso offendente ea offeratur; ac hoc minime impedit, quod minus possit, si velit, esse contentus, ut alius loco offendens satisfaciatur; & licet in hoc puncto offensus gratiam alquam, & favorem faciat reo, at tamen hanc non impedit deinde rigorem iustitiae; ut si homo servatus sum a Petro equum, habet ille ius, ut possit a me exigere equum, itaque etiam illi offeram millionem amplius, quam valeat equus, non teneatur illum accipere, sed in individuo debeat illi equus restitui; at si semel sit contentus facere permutacionem, licet in hoc exerceat aliquam liberalitatem, sit tamen deinde de illi iustum, & aequale, ut superabundans pretium pro equo, haud dubie satisfactio illi ex toto rigore iustitiae. Cum ergo Christi opera non solum fuerint aequale, sed & super excedens pretium pro peccato, profecto eo ipso, quo Deus fuerit contentus admittere Christum ad satisfactionem loco ipsius hominis, illius satisfactio erit ex toto rigore iustitiae.

Sed, contra falsum est illud pactum, & liberale illam admisionem distincti fideiussoris non obtinere rigorosam iustitiam, nam satisfactio ex rigorosa iustitia requirit, ut ante ullum pactum oblata restituri non possit, & hoc ipso, quod ab offenso restituri, non possit alia pro illa exigi, ut notat Amicus loc. cit. & ipse Arraga concedit disp. 8. sect. 1. num. 5. dum inquit, quod si ipse offendens offerat condignam satisfactionem, non potest offensus non recutare; quod si recuset, iam non manet merito offensus in posterum, nisi forte habeat alios titulos, ob quos possit eam satisfactionem independentem a culpa petere, eaque recusat non teneatur offensus aliam exhibere; & ratio est, quia offendens non teneatur ad alium ex iustitia, quam offensum reponere in statu, quo prius erat, antequam offenderetur, & hoc potest prestare offendens abique consensu offensae, ut patet de fure, qui abique consensu Domini possit cum restituere in prioris statu suorum bonorum. Neque enim ius adductum est ad rem, si enim transitus de contractu iniuriolo ad contractum commutativum emptionis, & venditionis, in quo utique verum est, quod si emptor condignum offerat pretium equi, non teneatur venditor pretium accipere, nisi acceptat pactum, & consensus eius de vendendo equo, quia ad talem contractum commutativum praeter condignitatem pretii ad-

ad rem, requiritur etiam contrahentium consensus, cum nullus cog possit ad res suas vendendas; unde tale pactum, vel conventio inter contrahentes utique non oblat satisfactioni rigorosa...

178 Dices; hinc sequi Christi satisfactionem, nullum non esse de rigore iustitiae, sed nec etiam perfectam congruam, & ad aequalitatem officii; probatur sequela 3 quia ea censetur satisfactio perfecta...

Respondetur cum Amico negando sequela antecedentis; ad probationem dicendum, ad congruam satisfactionem necessarium non esse ut seipsa formaliter, sed tantum meritorie debeat...

179 Altera conditio rigorosa satisfactionis erat, quod nequeat ab officio ex iustitia non acceptari; quae quidem conditio videtur sequi ex praecedenti, ubi diximus, quod si alter loco offendens...

180 Circa haec conditionem divisi sunt Adversarii quidam enim Recentiores esse concedunt eam esse necessariam ad rigorosam satisfactionem, & negant hinc non intervenisse in satisfactione Christi...

181 Dandum tamen est, quod licet haec conditio necessaria non sit ad perfectam satisfactionem congruam, esse tamen necessariam ad exactam, & rigorosam iustitiam, atque etiam ex huius conditionis defectu Christi satisfactionem ad rigorosam iustitiam deficere...

verò haec conditio necessaria sit ad rigorosam satisfactionem constar ex dictis in explicanda praecedenti conditione, quia quantum ad officium non immediate ab ipso officio recompenatur, potest officium quantumcumque aliam satisfactionem ab illo oblatam, quantumvis congruam, & excellentem reprobare, & immediate ab ipso officio exigere, quae nullo modo veluti potest, si alias sit condigna, & aequalis officio, ergo haec conditio ad rigorosam iustitiam necessarii requiritur...

Respondet Lorca sic. satisfactionem Christi non potuisse non acceptari a Deo propter excellentiam, & excessum, quem habuit ad debitum; addit Grand., quod est actio humanitatis essent Deo alio titulo debita, non tamen, ut Christi, tum quia Verbum nihil alium Deo debuit, tum quia unus actus dilectionis, unaque languens gratia fuit sufficiens pro nostra redemptione, & nihil poterat velle Deus ad sui satisfactionem, quod in operibus Christi non inveniret, & tandem, quia ad illum finem opera Christi praedestinavit, & tantum honor ex operibus Christi illi conlucerebat, ut necessarii se deberet in eis complacere, & complacendo compensare honorem per peccata sibi ablatam.

182 Sed hae solutio manet ex modo dictis explosa, quia sicut condignitas, imò, & excessus praeter non postulat, ut ante pactum cogat venditorem ad rem suam vendendam, sed ut de se iustum contineat valorem pro re emenda; ita condignitas satisfactionis non postulat, ut si ab alio, quam ab offendente offeratur, cogat offensum ante pactum ad illam acceptandam, quantumcumque fuerit condigna, & excedens; sed solum postulat, ut quantum est de se condignum contineat valorem, & digna sit, ut acceptetur.

183 Dices, quod Iohannes Christus fuerit distinctus a peccatoribus, tam en erat individuum eiusdem naturae, & sicut Adam peccavit, tu omnium caput, ita Christus satisfecit, ut omnium caput, & hominum fideiulor, unde perinde est, ac si homo ipse peccator immediate satisfecisset, ideoque talis satisfactio a Deo non poterat non acceptari. Sed hoc quoque parum iuvat, quia est Christus fuerit individuum eiusdem naturae cum homine, quia tamen actioes sunt particularium, non potest actio unius tribui alii individuo, ratione speciei communis. Nec refert, quod Christus constitutus fuerit omnium caput, & fideiulor, quia haec locum in Christo non habent, praecisa gratia, & acceptatione Dei; quamvis enim sit caput totius generis humani, id tamen est vel ob dignitatem gratiae, vel sicut influxum, propter Dei voluntatem, quae omnes nostras obligationes in eum transfudit unde per se Deo gratiosa dispositione, satisfactio Christi absque iniuria reici potuisset, eam nos naturaliter in Christo non includeretur.

184 Dices, saltem supposito, quod Christus fuerit nostrum caput, & fideiulor, obligatum fuisse Deum ad satisfactionem eius acceptandam. Hoc totum verum est, nihil tamen inde contra nos, etiam quando dicit, eo ipso, quod Christus sit noster fideiulor, teneri Deum ad acceptandam eius satisfactionem, suppositis enim Christum a Deo acceptatum in ordine ad satisfactionem, perinde ac si esset ipse offensus, sic autem dicendo iam liberalitas intercessit in acceptando Christo pro fideiulore nostro, atque ita satisfactio Christi non cogit Deum ad eius acceptationem ex natura rei, & ante quodcumque pactum, atque ideo cadit ad rigorem satisfactionis. Nec tandem iuvat, quod Grandaeus addebat, quod non poterat Christi satisfactio ex alio titulo a Deo acceptari, quia est actioes eius essent Deo alio titulo debita, non tamen ut Christi, quia Verbum nihil alium Deo debet, &c. Non inquam, iuvat, quia actioes Christi, est essent Verbi denominative, & per communicationem idiomatum, elicite tamen erant ipsius humanitatis, atque ad omnino ad dominum Dei pertinebant, ideoque adhuc in Deo manebat exigendi compensationem debitam pro peccatis. Quod verò opera Christi ad illam satisfactionem ordinata fuerint, hoc evidenter nostrum convincit intentionem, scilicet in ea satisfactione pactum intercessisse, quod voluit Deus actiones illas acceptare pro peccatoribus, ad extinguendam in eis obligationem satisfaciendi. Et quod tandem addebat, non potuisse Deum non diligere actiones Christi, solum ver fieri potest de dilectione simplicis complacencia; minime autem de dilectione approbationis in ordine ad memoratam satisfactionem.

185 Respondet tandem Suarez gratis concedendo Christi satisfactionem non potuisse ante pactum, Deum ad acceptandam cogere...

ve; negat tamen adhuc hoc pactum oblat satisfactioni ex rigore iustitiae, quia illud non requiritur ad augendum valorem, & condignitatem satisfactionis; sed quia fieri debebat per modum contractus, qui, est iustum praetium intercedat, non perficatur, nisi mutuo parium consensu. Sed contra, ut urgebamus supra n. 177. saltem est illud pactum, & liberalem illam admissionem distincti fideiuloris non oblat rigorosae iustitiae, quia satisfactio requirit, ut ante nullum pactum oblata referari non possit, quod contingere nequit, nisi immediate ab ipso offenso offeratur. Falsum est in super pactum illud de constituto Christo capite nostro, ac fideiulore non contulisse ad augendum valorem, & condignitatem satisfactionis, quia cum Christus fuerit constitutus caput nostrum ob dignitatem gratiae unionis, ac aliorum donorum, certum est hanc summo opere contulisse ad valorem, & condignitatem satisfactionis; ex quo tandem patet fallum esse tale pactum intervenisse; ex eo praecise, quod talis satisfactio fieri debuerit per modum contractus, qui non perficatur, nisi mutuo parium consensu, est iustum intercedat praetium; Imò cum hic contractus fuerit iniuriolus, hoc est ad satisfaciendum, pro iniuria Deo illata, non fuit ex hoc capite necessaria Dei acceptatio aequa vel supra dicebamus, in tali contractu supponitur semper consensus offensi saltem interpretativus, ut sibi jus per iniquum ablatum restitueret; sed fuit necessaria ad augendum valorem, & condignitatem satisfactionis; Vel si ex hoc quoque capite necessaria fuit, hoc ideo fuit, quia poterat Deus illam satisfactionem non acceptare pro peccatis hominum, sed ex alio titulo. Et ex his omnibus facile est occurrere Poncio disp. 38. q. 6. concl. 5. sufficienti Christum de rigore iustitiae satisfactio.

ARTICULUS QUARTUS.

Tomistarum fundamenta consueverunt.

186 In oppositum Primò urgent Thomistae testimonia Patrum, & Scripturae, dicentium Christum non solum ad aequalitatem, sed etiam per superaddendam satisfecisse, quae memorata sunt art. 1. ex quo deducunt satisfecisse de toto rigore iustitiae; verba siquidem Scripturae proprie ex poni debent, & in rigore sermonis iuxta regulam ab Augustino traditam, si alius locus Scripturae, aut manifesta repugnancia non obstat; quare concludunt non bene exponi illa loca de iustitia lae sumpta, quatenus ex parte Christi, & pro illa parte Deo aequalitatem non esse de rigore iustitiae, sed ex gratia ergo Christus mortuus est gratis, ut arguit Apoll. ad Galat. 2. consequentia probatur, quia sic: Deus acceptavit passionem Christi pro meritis, & satisfactoris, ita poterat acceptare adus non meritos, & sic gratis, & absque necessitate Christus esse mortuus. Demum, quia sic dicendo nimis vilificatur meritum, & satisfactio Christi, nam peccatum praepararet merito Christi.

187 Respondetur ex dictis satisfactioem posse dici rigorosam, & perfectam dupliciter, vel quoad aequalitatem, & praetium aequalitatem, vel quoad exclusionem gratiae, & liberalitatis creditoris; autoritates illae intelligi debent primo modo, & de iustitia propria, prout opponitur metaphorice, & communiter dicitur, ut constat ex prima nostra conclusione, non secundo modo, quo sensu movetur haec quaestio, non autem in primo sensu, ut patet ex dictis ab initio quaestiones explicando sensu tantum n. 134. Unde non dicimus cum quibusdam Nominalibus, & Scoticis satisfactionem Christi non fuisse ex perfecta, & rigorosa iustitia ex defectu condignitatis, quia reddidit satisfactionem omnino aequalem, imò excedentem debitum. Neque dicimus cum Valquez non fuisse ex iustitia proprie dicta defectu utilitatis, quam nequit Deus ex ullo opere bono creature accipere, quod tamen ipse putat essentialiter ad perfectam iustitiam, & proprie dictam, quia haec, teste Philosopho, versatur in datis, & acceptis. Nam licet Deus non sit capax commodi utilitatis, est tamen capax commodi honoris, & cultus extrinseci, quem ex nostris bonis humanis apud homines acquirere; neque materia iustitiae est tantum pecunia, cuius usus ad utilitatem ordinatur, sed etiam honor ut docet Aristoteles 5. Ethic. cap. 2. cuius exhibitio per se tantum respicit personae venerationem, ut late tractavimus dispositione praecedenti q. 5. num. 198. & sequenti. Sed dicimus non fuisse ex perfecta, & exacta iustitia, defectu quarundam conditionum ad rigorosam iustitiam concurrentium, prout exercebat inter homines, ut constat ex nostra secunda conclusione postea art. 2. num. 143. Ad Confirmationem negatur consequentia, quia supposita Dei ordinatione de homine redimendo per mortem Christi, haec fuit necessaria, & licet Deus alio modo potuisset hominem redimere, hic tamen fuit nobilior cunctis, & convenientior magis, ut passim Patres docent; & licet etiam p. u.

rus homo in nostra sententia poterit de potentia Dei absoluta pro peccato satisfacere, ut dicimus quaest. 1. non tamen ita digne, & abundanter; unde ex nullo sequitur capite Christum gratis esse mortuum; neque hoc argumentum rite deducitur ex illo loco ad Galat. 2. non enim arguit ibi Apollolus in hoc sensu, sed contra eos, qui dicebant, posse per opera legis hominem salvari seclusa Christi morte, & inde inferre, quod Christus gratis esset mortuus. Ad ultimum n. patet ex dictis ab initio quaestiones n. 133. nec sequitur peccatum proponderare merito Christi, siquidem, ut saepe dictum est, nos quoque faciemur meriti Christi proponderare peccato, neque de hoc puncto hic disputatur, sed tantum, an Christi satisfactio excludat omnem gratiam Dei creditoris, nec ne, & nos negativè respondemus, non verò quia non sit aequalis, & longe proponderans debito.

Secundo arguitur, Christus exhibuit aequalitatem satisfactionem Deo; ergo satisfecit ex toto rigore iustitiae; antecesserit patet ex dictis quaest. praeced. consequentia probatur, quia iustitia commutativa ex toto rigore solum exigere, ut restitueret quantum fuit ablatum; & si est pro compensanda offensa, ut tantum honoris, & obsequii exhibeat, ut moraliter aestimetur facta compensatio; sed talis fuit satisfactio Christi; ergo ex toto rigore iustitiae. Confirmatur ly ex toto rigore denotari, quod nulla interveniat gratia creditoris, qui relaxat partem debiti, & contentus sit satisfactione minori; sed quoniam satisfactio est ad aequalitatem, imò ad excessum, nulla intervenit gratia creditoris, alioquin non esset ad aequalitatem, & excessum; ergo si satisfactio Christi fuit ad aequalitatem debiti, fuit ex toto rigore iustitiae; nec contrarium videtur intelligi debere, defectus enim cuiuscumque conditionis insufficientis, non fit ex toto rigore, oblatio etiam ne sit ad aequalitatem; ita praefertim arguit Morandus, & Albertinus.

189 Respondetur, concessio antecedente negando consequentiam cum eius probatione, nam ad perfectam, & rigorosam iustitiam non sufficit, ut tantum honoris, & reverentiae rependat obsequium, quantum iniuria inculcit offensa; sed praeterea requiritur perfecta iustitia alterius inter offendentem, & offensum, cum etiam inter eos fieri debeat restitutio honoris, & famae per offensam laesae, & aliae conditiones supra enumeratae, ut satis constat ex dictis; unde ex hoc sequitur locum opera Christi non fuisse condigna ex rigore iustitiae, non autem ex aequalitate satisfactionis ad offensam, quod tantum spectat aequalitatem valoris ad debitum secundum morem aestimabilitatem, undecumque proveniat ut dictum est n. 129.

Ad Confirmationem negatur maior, si universaliter, & precise intelligatur, quod gratia creditoris solum consistat in relaxatione partis debiti, quia haec intervenire potest ex aliis quoque capitibus, quam ex eo solum, quod relaxat partem debiti, & contentus sit creditor satisfactione minori; & abique necessitate Christus esse mortuus. Demum, quia sic dicendo nimis vilificatur meritum, & satisfactio Christi, nam peccatum praepararet merito Christi.

190 Dices, non est condignitas satisfactionis ad debitum, si non fiat omnino ex bonis debitoris, sed aliqua ex parte etiam ex bonis creditoris gratuito acceptis; nam ille tantum condigne, & ad aequalitatem satisfaci, qui de suo dat, quantum ad solvendum debitum satis est, qui autem non de suo dat, sed de creditoris bonis, quantum ad debitum solvendum, satis est, non de suo, sed de bonis creditoris dat, quantum ad debitum solvendum opus est. Confir. nam aliquo potest quis condigne satisfacere solvendo tantum, partem debiti ex se, altera parte gratis a creditore condonata, perinde enim est solvere totum ex bonis creditoris, ac solvere partem, altera gratis a creditore condonata.

Respondetur negando assumptum cum probatione, perfecta nam.

namque condignitas solum requirit aequalitatem satisfactionis ad offerendam, undecumque illa proveniat; nam libera donatio condignam satisfactionem, quae per modum obsequii exhibetur, non tollit; unde si debitor satisfaciat ex bonis ante sibi a creditore donatis, dicitur condignè satisfacere, & ad aequalitatem, si totum solvat debitum, & dicitur etiam aliquo pacto satisfacere de suo, quia donatio transiit dominium, & non est autem necessarium ad perfectam satisfactionis condignitatem, quod debitor det de suo, exclusa omni gratia creditoris. Ad Confir. negatur paritas, quia in eo casu in opere exhibito non supponitur ullo modo aequalitas valoris ad debitum, quod ad perfectam aequalitatem requiritur.

193 Tercio arguitur, meritum Christi fuit altioris ordinis, quam in puris hominibus; ergo eius opera satisfactoria, quae fuerunt meritoria, satisfecerunt ex toto rigore iustitiae; assumptum patet ex dictis de merito disput. praeced. quia licet homines pari mereantur de condigno, tamen intervenit gratia Dei, & acceptio supples defectum proprii juris, consequentia probatur, quia meritum, & satisfactio in Christo pari passu gradiuntur, eum utrumque nititur valore operum eius infinito, si igitur eius meritum fuit ex toto rigore iustitiae, fuit etiam satisfactio; & quicquid dicemus deficere in satisfactione, deficit etiam in ratione meriti. Confir. quia in merito Christi debet excludi omnis gratia Dei suppletis alicuius defectum, & per hoc solum est ex toto rigore iustitiae; sed etiam in satisfactione excluditur omnis gratia Dei, ergo etiam ipsa erat ex toto rigore iustitiae; ita arguit Morand. & Arriaga.

193 Respondetur, concessio antecedente negando consequentiam, non enim meritum Christi dicitur altioris ordinis, quam meritum puri hominis, quia fuerit ex toto rigore iustitiae, quia apud Deum nequit dari meritum ex toto rigore iustitiae, quod scilicet, non solum sit aequale, & proportionatum cum premio, sed ultra nec fit etiam ex propriis bonis meritis, & ex indebitis, cum aliis conditionibus requisitis; nam & ipsum quoque Christi meritum fundabatur in valore sumptis ex gratia unionis, & summa gratia habituali eam concomitante, & aliis donis supernaturalibus, quae gratis omnino accipit a Deo; dicitur ergo fuisse altioris ordinis ratione maioris condignitatis ex conditione personae & plenitudinis gratiae, quibus caret purus homo, & ad meritum Christi non minus est accessaria acceptio, quam ad meritum puri hominis, licet ex parte Christi sit longe maior congruitas, vel condignitas, ut acceptetur ob circumstantiam personae, & ad probationem consequentiae gratis concedo meritum, & satisfactionem in Christo pari passu gradi, quia utrumque est maxime de condigno, neutrum de rigore iustitiae, quia ad meritum, & satisfactionem de condigno iustitiae aequalitas meriti ad premium, & satisfactionis ad debitum cum dominio libertatis in merente, & satisfactione. Ad Confir. negatur maior, & minor, in merito, & satisfactione Christi debet excludi omnem Dei gratiam, ut constat ex dictis 155. & adhuc magis constat ex solutione sequenti.

194 Quarto arguitur, opera Christi non habebant valorem, & dignitatem suam ex gratia Dei, sed ex propria natura, & intrinsicè, & hic valor erat infinitus, ergo eius satisfactio fuit ex rigore iustitiae, ut excludit gratiam creditoris; consequentia patet, probatur assumptum, quia operatio omnis illa erat supposita divini, actiones siquidem sunt suppositorum, ut suppositum Verbi, cum sit Deus, quicquid habet, habet ut suum, & non gratis ab alio acceptum. Confir. quia dato quod Christus non habuisset alia dona creata, ut gratiam habituales, & ceteras virtutes, tamen stante gratia unionis potuisset satisfacere, quia erat Filius Dei Unigenitus, & naturalis, & idè infinitè gratus ex se; ergo poterat satisfacere de rigore iustitiae. Demum gratia, & alia dona creata erant illi debita, & conaturalia ratione unionis; ergo licet illae actiones Christi ex illis prodierint donis, non ob id prodierunt a gratia, sed ex propriis debitis illi homini Christo, & sic illae actiones non habebant valorem suum ex gratia, & extrinsecè, sed naturaliter, & intrinsicè.

195 Respondetur negando assumptum, cum eius probatione, nam principium libere satisfaciendi in Christo non fuit suppositum, sed natura assumpta, quae gratis omnino accipit a Deo, & gratiam unionis, & gratiam habituales, ceterisque virtutes, ac dona supernaturalia, virtutes quorum fuit satisfaciendi principium, quae actiones non nisi denominative, & morali quodam modo divini supposito tribuebantur, quia ratione lumbant ab eo valorem quandam infinitum modo superius explicato. Ad Confir. quaequid sit de antecedente, eo pro nunc admisso, negatur consequentia, quia illa etiam unio erat ex gratia, imò maxima gratia, inquit Augustinus, & idè cum in ea fundaretur in calu posito omne meritum Christi, neque tunc excludisset gratiam Dei. Ad ultimum, negatur assumptum ut constat ex dictis supra 156. & quando erant concederetur, deberet adhuc

negari consequentia, quia etiam illa unio erat ex gratia, atque idè adhuc illa opera valorem suum habebant ex aliqua gratia creditoris, atque ita non essent satisfactoria ex toto iustitiae rigore.

Quinto arguitur, quia iustitia rigorosa reperitur, etiam quando ius derivatur ex liberalitate tribuentis, ut patet in donatione, per quam verum dominium transferuntur in donatarium, propter quod iuste, & in rigore exigitur donatum; ergo liberalitas Christi non derogat rigorosè iustitiae satisfactionis Christi; quo argumento emervantur omnes responsiones haecenus allatae, & ait Arriaga n. 24. haec esse rationem a priori, quia probatur non esse contra rationem rigorosè iustitiae, satisfactionem fieri ex bonis gratuito a creditore acceptis.

Respond. arguendum ad summum urgere in humanis, ubi donatio vere, & proprie transfertur dominium accepti in donatarium; at apud Deum locum non habet, cum eius donatio dominium accepti in creaturam transferre non possit, nam nequè est in potestate. De dominio Dei res donata ante & post donationem, eum tali domino expolari non possit, sicut creatura, & hic est, quod donatarius in creaturis inducit obligationem simpliciter ex iustitia in donante, & in donatario ius simpliciter ad verum donantem; ad donatio Dei sicut non inducit in ipso obligationem simpliciter ex iustitia, sed tantum secundum quod iustitiae necque in creatura inferre ius simpliciter in donum, & ad verum Deum donantem, sed tantum secundum quod, sicut ex plicium disput. praeced. qu. 5. num. 193. Accedit, etiam in humanis, assumptum illud non esse universaliter verum, sed tantum quando donatarius etiam abque tali dono erat alius potens ad satisfaciendum, & solum ex donatione factus est ad solutionem potens, illa doctrina non est vera, quantumvis res data dominium ex vi donationis sit a donatore in donatarium translata ob rationem adductam in 155. ut Gallus quoque adnotavit 3. disp. 20. disp. 2. c. 6.

Sexto tandem arguitur, postquam Deum ad non pendendum alioquin iuste faceret, & ergo extinguitur ius Dei adversus hominem ex rigorosa iustitia. Confir. quia si simplex promissio obligat Deum ex fidelitate, ergo sub conditione operis onerosi obligat pluraquam ex fidelitate, atque ita ex perfecta iustitia. Demum opera Christi propter unionem cum Verbo habent infinitum valorem in ratione meriti; ergo seclata Dei gratia, & liberalitate habent infinitam vim ad impetrandum, imò ad satisfaciendam nostrorum peccatorum remissionem de condigno, & ex rigorosa iustitia.

Respond. si Deus post acceptationem satisfactionis Christi, adhuc penam homini peccatori debetam ex peccato exigeret, in iustitiam ageret, eo modo, quo diximus disput. praeced. num. 188. & 189. & 191. in iustitiam ageret, si hominis merita non compensaret supposita promissione, quatenus lateretur ius Christi, non quidem omnino perfectum, & ex rigorosa iustitia, sed imperfectum, & tale, quale potest acquirere creatura adversus Deum, ut explicatum est ibidem in 193. nam aequalitas quam iustitia rigorosa constituit inter credentem, & debitorem, in gratia, & liberalitate, & accepti, & nullatenus fundatur in gratia, & liberalitate, & accepti, ut ibi dictis n. 192. & 193. quod non contingit in proposito, quia condignitas meritorum, & satisfactions Christi fundatur in liberalitate Dei, & ab ea origine ducit; Unde si post satisfactionem a Christo exhibitam pro nobis, culpam non remitteret, & penam adhuc exigeret, licet non faceret contra iustitiam communitivam propriè, & rigorosè dicitur, qualis exeret inter homines, faceret tamen contra iudicativam, & suam fidelitatem; contra fidelitatem quidem a sua promissione deficiente, & contra iustitiam vindicativam iterato peccatum puniens, ut dictum est supra in hac quaestione n. 118. quare concessio in hoc sensu antecedente, negatur consequentia.

Ad Confirmationem negatur consequentia, si per iustitiam perfectam intelligatur exacta, & rigorosa, licet enim universaliter loquendo obligatio ex iustitia oriatur ex promissione sub conditione onerosi operis aequalis, vel condignitatem promissam, & tale debitum sit plus, quam ex fidelitate, ut dictum est disput. praed. n. 159. non tamen oriatur obligatio ex rigorosa iustitia, nisi quando aequalitas, vel condignitas inter meritoria, vel satisfactoria oriatur ex natura dati, & accepti, & nullatenus fundatur in gratia tribuentis, vel creditoris, quod in proposito non contingit; & idè dicitur disput. cit. ibidem in obligationem, & debitum iustitiae in Deo erga creaturam mediate inter debitum simpliciter fidelitatis, & debitum rigorosè iustitiae, quatenus est strictius illo, & latius illo; quare argumentum probat satisfactioem Christi obligasse Deum ex perfecta iustitia; quae tunc haec excludit puram, & simplicem fidelitatem, non tamen quatenus includit conditiones iustitiae exactae, & rigorosae. Ad ultimum potest negari antecedens, si intelligatur de infinita

nate simpliciter, fuit enim meritum Christi infinitum dumtaxat infinitate ordinis, ut constat ex disput. praeced. Et concessio antecedente debere adhuc negari consequentia, quia si ea merita infinita restituta in operibus Christi propter unionem humanitatis cum Verbo; cum illatio fuerit maxima gratis a Deo communicata humanitati assumptae, ex hoc directè sequitur, opera Christi talis valore infinitum non habuisse seclata Dei gratia, & liberalitate. Hic solet examinari, an satisfactio Christi fuerit infiniti valoris, sed quia quicquid de hoc puncto dici potest, totum habetur in quæst. de infinitate meriti ipsius Christi, quam praeced. disput. abundè tractavimus nisi aliud addi possit, nisi terminorum meriti in satisfactionem immutatio.

QUESTIO QUINTA.

An pars creaturae potuerit Deo satisfacere de condigno, & ad aequalitatem?

196 Hic per puram creaturam non intelligimus Angelum, vel hominem in puro naturae statu constitutum, quia supponit Scotus, & alii, quod habere plenitudinem gratiae, & alia dona supernaturalia, quae Christus ipse habuit excepta sola unionem hypostaticam, quae Christus ipse habuit excepta sola unionem hypostaticam, pura igitur creatura in proposito importat hominem non elevatum ad unionem hypostaticam, id est, qui non sit, ut Christus, homo Deus, sed purus homo. Conveniunt omnes Thomistae, & Scotistae, non posse puram creaturam satisfacere de toto rigore iustitiae, quod praesertim in nostra sententia dicitur esse assensum, neque Christum ipsum de rigore iustitiae satisfecisse, licet de condigno satisfecisset, & ad aequalitatem, imò & ad excessum, ac superabundantiam, ut liquet ex praecedenti quaestione, & quo constat Recentiores quosdam non satis quoniam huius sensum percipisse, dum cum decidendo statuunt contra Scotum, & Scotistas nullam creaturam potuisse Deo satisfacere condignè, & ex rigore iustitiae pro peccatis nostris; non, inquam, bene quæsto respondent, quia de hoc non est controversia, cum totum hoc gratis concedat Scotus, & Scotistae, Conveniunt item omnes, nullam creaturam etiam de potentia Deo exhibere satisfactionem aequivalentem omnino satisfactioni Christi Domini, quia ratione circumstantiarum personae satisfaciens Christi satisfactio fuit infiniti valoris modo iam explicato, quod non reperitur in satisfactione pure creaturae ratione ratione eisdem circumstantiarum Christi; satisfactio non tantum fuit ex condigno, & ad aequalitatem onense, veram etiam ad excessum, & superabundantiam, ut constat ex dictis quæst. 3. Scimus ergo quæstio est, an pars creaturae iusta posita in ipsa gratiae plenitudine, quam Christus habuit, potuerit Deo exhibere satisfactionem aequivalentem gravitati officii ipsius, ita quod respectu remissionis eius non tantum habuisset congruitatem, sed etiam condignitatem, & si non gravitatis obsequia adaequata, licet non excedens, nec superabundans.

197 Tres in hac controversia extant sententiae, duae extremae, & una media; Prima extrema, quae est Thomistarum, absolute negat, eo quia peccatum est infinitè gravitatis ratione personae offensae, quae iniuria compensari non potest de condigno, & ad aequalitatem ex hoc capite, nisi persona satisfaciens sit infinita. Secunda extrema, quae est Scotistarum ab absolute affirmat, quia cum iusta eorum sententiam tota, vel saltem principalis ratio meriti proveniat ex acceptatione divina, non videtur implicentia, quod potuisset Deus acceptare opera puri hominis, sicut opera ipsa Christi acceptavit. Tertia tandem sententia media est Suarez disp. 4. sec. 7. posse purum hominem in gratia constitutum pro alius satisfacere aliquo modo quoad aequalitatem rei ad rem, subdit tamen, quod talis satisfactio non elset qualis omnino offensus dicitur, sic pariter Ragusa, Cabrera, & quidam alii Recentiores.

ARTICVLVS PRIMVS.

Quaestio affirmativè deciditur.

198 Dicendum est cum secunda sententia, de potentia Dei absolute potuisse puram creaturam in gratia constitutam, & praesertim in ea plenitudinem, quam Christus habuit, pro nostris peccatis satisfecisse de condigno, & ad aequalitatem, licet non excederet, & abundaret eo modo, quo Christus ipse satisfecit. Hae conclusio est Scoti 3. distict. 20. & 4. distict. 15. quæst. 1. artic. 2. quam probant Scotistae passim, ut aiebant quia cum tota, vel librem principalis ratio meriti ex divina proveniat acceptatione, non videtur implicentia, quod potuisset Deus acceptare opera puri hominis, sicut acceptavit opera Christi; Hae tamen ratio, praeterquam quod labili niti fundamento superius convulso, quo ratio meriti ex divina acceptatione tota alteri proveniat, nimis probat siquidem

aequè bene probaret puram creaturam etiam in statu pure naturae, & per opera merè naturalia potuisse satisfacere pro alienis peccatis, quia haec potuissent acceptari a Deo, sicut opera Christi, & tamen Scotus supponit, quod talis homo sit constitutus in gratia, & caput hominum in ordine gratiae, quam in alios possit aliquo modo influere, Probaret etiam potuisse puram creaturam exhibere Deo satisfactionem aequivalentem omnino satisfactioni Christi, & perfectè satisfacere sicut Christus, quia nimirum potuisset eius opera acceptare omnino sicut opera Christi, Quod pariter fallum est, quia Scotus etiam concedit nullam creaturam, potuisse aequè perfectè satisfacere sicut Christus satisfecit, quia eius opera saltem non habebant eam congruitatem, vel condignitatem, quae in Christo desuntur a supposito divino. Quod planè convincit esse alienum ab eius doctrina, quod passim Scotistae docent, rationem meriti, & satisfactioem ab acceptatione divina totaliter provenire, ut satis constat ex dictis disput. praeced. nam promissio & pactum de conferendo premio, vel remittenda offensa propter aliquid operis, non tribuit ipsi condignitatem, quam ex se non habet, quod in acta primo; nec potest facere aequale id, quod secundum se aequale non est; ergo promissio Dei, & divina acceptatio, quae accedret, non redderet satisfactionem pure creaturae condignam, & aequalem gravitati offensae; sed solum faceret, quod Deus mediante acceptatione se declararet ea satisfactione contentum, perinde ac si aequalis esset atque condigna.

Secundo probant alij, quia peccatum mortale non est proprie iniuria contra Deum, quia nihil boni re vera Deo auferre, nec Deus damnum pati potest in honore a creatura; ubi autem non intervenit proprie iniuria, aut iniustitia, non exigitur satisfactio aequalis per compensationem, sicut transgressio legis humanae, quia non censetur in iura propria respectu humani legislatoris; idè transgressor non tenetur ei honorari restituere, aut aliam satisfactionem exhibere, nisi si poenam impositam luere.

Hae ratio rejicitur ex dictis quæst. 2. huius disput. ubi ostensum est peccatum esse propriam, & speciale iniuriam Dei, & contra iustitiam, quia tenetur homo non solum parere Deo quia sit supremus legislator, sed etiam quia sit supremus dominus habens propriam ius moralis dominij in ius creaturas, & earum actus internos, ut per eos honoretur, & alijs rebus non positonatur; Unde quantumvis peccatum nihil Deo auferat de bonis intrinsecis, auferit tamen de bonis extrinsecis, nempe de gloria, & honore, & cultu ipsi a nobis debito, quod sufficit, ut dicitur vera laeso contra iustitiam proprie dictam, ut docet Augustinus lib. 83. quæst. 31. dicens, qui de Deo pravè sentit, vere laedit illum in honore, quia rectè existimatio de illo est ei debita, quod etiam inter homines contingit, potest enim quis alium ledere in honore contra iustitiam, cui nihil re vera auferre potest, ut cum quis defuncto detrahit; Cum igitur homo mortaliter peccando graviter laedat praesertim ius, quod habet Deus in creaturas, & collat in re gravi subiectionem, & honorem Deo debitum, eius peccatum erit propria, & specialis Dei iniuria, & contra iustitiam; quia propter exigit a nobis satisfactioem, non tantum ex lege charitatis, ut reconciliemur ipsi, quam amico a nobis offenso; sed etiam ex iustitia dolendo de peccato ex intentione recompensandi offensam, & iniuriam Deo illatam.

Tercio probat Faber lib. 3. disput. 47. cap. 2. ex destructione fundamenti Adversariorum, idè negantium potuisse puram creaturam ad aequalitatem, & de condigno satisfacere, quia cum peccatum sit infinitè gravitatis ratione personae offensae, haec iniuria compensari non potest de condigno, & ad aequalitatem ex hoc capite, nisi persona satisfaciens sit infinita; Fallum enim est, quod iniuria, & satisfactio crescant in gravitate, & valore ex dignitate personae offensae, & satisfaciens, quia Aristotelis 5. Ethic. cap. 4. aperit docet, quod in iustitia commutativa, sive correctiva non attenditur ratio personarum; sed differentia nocuunt; & actio ipsa in se, ac quantitas rei ad rem; Unde si quis aequalem pecuniam summan fuerit, sive Regi, sive plebeo aequalem prorsus facti offensa; si si quis Regi rapiat centum, sive fit nobilis, sive ignobilis peccat a satisfaciens restituendo centum; & si contra Regem dicit saluum testimonium, peccatè satisfaciens, si huius retrahat dicendo se esse mentium. Fallum est ergo universaliter loquendo, magnitudinem offensae crescere ex dignitate personae offensae, ac pariter valorem satisfactionis ex vilitate personae satisfaciens; decretere; debet ergo in proposito considerari ratio formalis valoris meriti, & offensae circumscripta personae conditione, & considerari, an aequalitas sit, vel esse possint; non negant autem Adversarii, ex parte actionum posse esse aequalitatem perfectam, circumscripta personae, ergo haec satisfactio pure creaturae esset perfecta, & ad aequalitatem.

Ceterum haec Fabri doctrina late reverte est disputat. praecedent. quæst. 8. in numero. 294. tum ratione, tum expressis verbis.